




Bible. O.T. Nahum German.

NAHUMI

ORACULUM.

EX PRAEFATIONE

DE EXTERNAE POESEOS IN VERNACULAM CONVERTENDAE RATIONE

VERSIBUS GERMANICIS *ὉΜΟΙΟΤΕΛΕΥΤΟΙΣ* ET *ΣΧΟΛΙΟΙΣ*

ILLUSTRAVIT

ARMIN. GUSTAV. HOELEMANNUS,

PHIL. DOCT. ET BB. AA. MAG., GYMNASII CYGNEENSIS COLLEGA IV. ISQUE THEOLOGUS, NUPER ACADEMIAE LIPS. MAGISTER LEGENS.

LIPSIAE,

EX OFFICINA LIBRARIA PH. RECLAMI JUN.

MDCCCXLII.

תַּפּוּחֵי זָהָב
בְּמַשְׂכִּיּוֹת כָּסֶף
Provv. XXV, 11.

THEOLOGORUM

ACADEMIAE LIPSIENSIS

ORDINI

SUMME VENERANDO

HOC OPUSCULUM

CONSECRAVIT

PIETAS SCRIPTORIS.

Poëseos est nunquam deflorescere, sed semper adolescentem vegetamque agere aetatem, quippe quae ut nomine ita natura in ποιήσει sive *creando generandove* versatur. Qua in virtute quo fortius perstat, tanto subita acriorum affectuum suorum vi sensum humanum subigit, tanto facillima earum rerum tractatione oblectatur, quae in oculos, quae in sensus incurrunt. Neque minus quo habitu atque vestitu comparet, juvenilem illa prae se fert speciem. Dictione enim sive poëmatio concipienda poësis a soluta oratione varie recedit, ut et voces et loquendi formulas vel singulari aliqua notione structurave donando, vel recentes sibi fingendo et quasi pariendo, vel etiam ex rhetorum civitate deinceps exterminatas ab oblivione praesenti vitae de vetustate vindicando, id est de *juvenili* populorum aetate, primordiis rerum et origini hominum longe proxima. — Verum arctius cum interna poëseos natura alia externa ejus forma consociatur, quae vulgo pro manifestiore carminis indicio est et jam paullo pluribus ad altiores radicum fibras persequenda videtur. Pariter ut solutae orationi recitatio, ita poëticae respondet cantus. Et ab initio quidem nulla poësis sine cantu, quasi corpore suo, fuit, quae eadem varietatis vocum modorumque et foecunda causa est et nobilissima comes. Quo factum, ut omnis appellatio ad poësin pertinens antiquissimo tempore ex solo cantu duceretur. Ita in significandis poëtis apud Graecos τῶν ἀοιδῶν nomen longe prius fuit quam τῶν ποιητῶν (vid. Wolfii Prolegg. ad Hom. p. XLII.), in poëmatis apud Latinos vulgare *carminum* a canendo est vocabulum. Quin etiam nostratia verba *Saenger* et *Gesang* de poëtis usurpantur et poëmatis; quin etiamnunc multitudini carmen aegre cogitatur nisi cantui dicatum.

Quid? non solas aures, sed omnes hominis sensus, cernendi maxime et tactum, affecit; neque modo vocis sed omnes nervos,

totum corpus, totum hominem rapuit illa, quam cani solitam esse diximus, viva poësis; ita ut divini afflatus aliquid in ea inesse videretur, qualis in bacchantibus *), qualis in Pythia ἐνθουσιασμοῦ plena ac paene furibunda, oracula *versibus* fundente. Oculi micare; vultus variari; caput obliquum, pronum, supinum; brachia, manus, digiti jactari; pedes exsilire, *saltare*. Atque haec ipsa Saltatio (Ὄρχησις) cum gestibus conjuncta ex ultima antiquitate Poësi adjuncta est, cujus ab altera parte fuit Ἀοιδή: quarum aeque comes alterutra in verba congruentia, i. e. poësin, effusa est, ac poësis in externam alterutram significationem. Quae trinae (quot ab initio agnitae sunt) quasi Musae in plures quidem deinceps sunt explicatae, ita ut quatuor poëseos personam sustinerent, amatoriae Erato, heroae Calliope, comicae Thalia, tragicae Melpomene, eisdemque adessent junctis manibus hinc Terpsichore illinc Polyhymnia, quam excitarunt et juverunt Euterpes **) tibia fidesque, eorum inventricis fautricisque studiorum, quae κατ' ἐξοχήν musica nuncupantur; attamen ex ipsis illis tribus, quarum cultum, Hebraeis adeo uno vocabulo ***) שִׂחֵק dictum, etiamnunc certe in scena et apud Orientis-ferosque populos una percipi licet, aliarum quoque artium plerarumque origo repetenda et mutua earum ratio est dijudicanda. Ne vero turbaret, ut amice potius exciperet alteram altera et adduceret, regulam omnibus aequalem omnes secutae sunt ab aequali ipsarum natura manantem eamque magis magisque dilucidam et ad politiorem pulchri sensum descriptam. Quam ipsam legem et sonis et saltationi cum poësi communem ῥυθμοῦ verbo appellavere, i. e. *impetus* vel *motus* maxime in orbem et intra modum certum torti, quamvis jam cele-

---

*) Quamvis inter Musarum quoque cultores sint fuerintque πολλοὶ μὲν θυρσοφόροι, παῦροι δέ γε βάκχοι.

**) Nominum quidem minus memor indeque paullo aliter at significanter Auson. in Idyll. XX.:

„Dulciloquos calamos Euterpe flatibus urget;
Terpsichore *affectus* citharis *movet, imperat, auget*;
Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu; —
Signat cuncta *manu, loquitur* Polyhymnia *gestu*."

***) Uno actu conjunctum vid. v. c. Exod. XV, 20. 21: וַתִּקַּח מִרְיָם אֶת־הַתֹּף בְּיָדָהּ וַתֵּצֶאןָ כָל־הַנָּשִׁים אַחֲרֶיהָ בְּתֻפִּים וּבִמְחֹלֹת׃ וַתַּעַן לָהֶם מִרְיָם שִׁירוּ לַיהוָה וגו' . Porro comparetur varia, qua *Chori* (χοροῦ) vocabulum deinceps instructum sit, significatio.

rioris jam lentioris, modo proclive labentis modo gradatim sursum versus scandentis.

Cujus ipsius *ῥυθμοῦ* effectio sive *ῥυθμοποιΐα*, quae gentium diversitas est, diversas in partes dividitur. Ac Graeci quidem et, qui illos humanitatis studiis imitati sunt, deinceps etiam Romani motum istum modumque in carminibus ad *temporis* in efferendis syllabis ponendi rationes exegerunt, quo ex syllabis quidem aut breviter dictis sive correptis aut longius sive productis pedem, ex pedibus versum, ex versibus, nisi heroa esset poësis, in *ἐλεγείᾳ* ad *Δίστιχον*, in *λυρικῇ* plerumque ad *Στροφήν* modulando composuerunt; denique fere cuivis poëtices generi ex singulorum natura *μέτρα* fixa et solemnia finxerunt, quorum ars certas tum in *versibus* tum in *pedibus percussiones* sive *ictus* esse animadvertit iisque ipsis nominibus saltationis ad canenda poëmata primum subjectae memoriam conservavit.

Ab hac elegantissimorum antiquitatis populorum diligentia, posita in literis earumque comprehensione sive syllabis, in versibus et *μέτροις* emetiendis, quam munditiam pro perpetua continentia sua ac temperantia luxuriae infestissima ad ornandum externum carminum habitum unicam adhibuerunt, mirifice abhorruerunt qui eisdem aut ad Orientem habitarent aut ad Occidentem. Quodsi utrique hi barbari in pondere mensuraque inprimis literarum vel singularum vel compositarum sive in *προσῳδίᾳ* (quam ut cantus comitem Quinctilianus aptissime accentus verbo reddidit) constituenda servandaque minus curiosi fuerunt et moderati, compensationis ergo potius aliam adjecerunt versibus suis, qua excellerent animumque auctum et in altius sublatum quasique festum significarent, notam.

Et Orientis quidem maximeque Hebraeorum iique sacri poëtae, de quibus hoc loco agere potissimum in animo est, cothurno usi sunt, in cujus investigandis *μέτροις* inde a Flavii Iosephi tempore acutissimi Grammatici quamvis summa cum sedulitate ita tamen adhuc elaborarunt, ut et oleum et opera perierit, ac postremus quisque superiorum studia et inventa everterit; qua ipsa via tandem ad veram hanc opinionem perventum est, nihil inesse veteribus Hebraeorum carminibus, quod comparari possit cum Graecorum Romanorumque re *μετρικῇ*. Tantum enim abest, ut internae hebraeae poësi, qualem decuit esse divinam orationem, profanae variam *ᾠδῶν*, *δραμάτων*, *εἰδυλλίων* naturam vindicare

potuerint viri graece latineque docti et eruditi (de quibus conatibus*) nec tamen ipse usque quaque satis sobrius recte judicavit locupletissimus auctor Herderus in l. *Briefe* caet. I. pp. 14 seq. 37 seqq.); ut in sacris Hebraeorum libris frustra carmina quaeras, quorum numeris et modis alia ibidem respondeant, frustra unius ejusdemque carminis versus indages et *στροφάς* ad superioris alicujus mensuram nedum ad Grajorum Musam alicubi aptas. Suum potius quaevis sententia creavit *ῥυθμόν* et *μέτρον*, modo longius modo brevius, modo citius et tanquam anapaestis modo magis spondeis pedibus, prout actus est animus; iidem vero nusquam recurrunt numeri. *Ῥυθμόν* autem aliquem et harmonias quamvis a profanis diversas inesse illis ipsis Hebraeorum poëmatis, quis est qui non senserit Jobi, *προφητῶν*, *ψαλμῶν* versus legendo et retractando! At tantummodo sensu haec percipi possunt, neque edoceri, nedum in legum formulas redigi, nisi frequentiorem praetermissionem regulae malis quam exempla. Pariter *καταῤῥακτῶν* ventorumque strepitus et tonitruorum fremitus suos sequitur numeros et modos, ab humanis quibusvis alienissimos neque artificibus musicis explicatos neque imitabiles. — Qua de re pluribus et longe rectius, quam antea factum est, Koesterus et qui eum secuti sunt assensores et emendatores videntur statuere, *στροφικήν* Hebraeorum poësin ad internum dictorum varie inter se implicatorum et connexorum concentum revocantes, in quo singulae voces formulaeve nisi passim sibi non conveniant.

Contra patet dudumque agnita est alia hebraeae poëseos forma, et ipsa externa quidem illa, quamvis internum genus arcte attingat. Non syllabis scilicet concinnandis vacaverunt hebraei poëtae sed verbis, non *στροφαῖς* sed sententiis, neque singulis illis sed inter se comparatis. Atque hac ipsa quidem via ad saltationem ut poësi cognatam reducimur, qua item membra membris, gestus gestibus, passus passibus, morae moris, itemque puellis pueri, ordinibus ordines, agminibus agmina et cum amicorum quidem specie vel inimicorum e regione collocantur. Aequaliter sane Hebraeorum carmina sacra sunt disposita, cui rationi propter *συμμετρίαν* in sententiarum conformatione usque quaque repe-

*) Vid. praeter alios Lowth: *De sacra poësi Hebraeorum* (ed. J. D. Michael. Gott. 1768.) Praelect. XIX. pp. 365 seqq.

titam *παραλληλισμοῦ**) membrorum nomen posuerunt et ob variam ejus naturam omnino *triplex* genus assignaverunt Grammatici.

Ubi enim in pluribus maximeque binis (qualia in ipsis corporibus nostris sunt) membris orationis eadem quidem sententia sed verbis vel plane vel ex parte aliis et mutatis plerumque imaginibus proponitur, quo non solum perspicuitas sed etiam vis et gravitas quasique *πάθος* dicti augetur, *συνώνυμον* esse docuerunt *παραλληλισμόν*. Cujus quidem modi quum innumerabiles sunt loci, tum continua membrorum *παραλλήλων* series**) v. c. apud Micham III, 6. 7 (de *ψευδοπροφήταις*):

וּבֹשׁוּ הַחֹזִים | וּבָאָה הַשֶּׁמֶשׁ עַל־הַנְּבִיאִים | לַיְלָה לָכֶם מֵחָזוֹן
וְחָפְרוּ הַקֹּסְמִים וגו׳ | וְקָדַר עֲלֵיהֶם הַיּוֹם׃ | וְחָשְׁכָה לָכֶם מִקְּסֹם

— Ex Nahumo referantur eodem v. c. I, 11. II, 1 (*ab****)). 3 (*ab. cd*). 5 (*ab*). 10 (*cd*). 13 (*cd*). III, 3 (*cd*). 5 (*de*). 7 (*cd*). 18 (*ab*). 19 (*ab*); conf. 8 (*bc*). 15 (*de*). 17 (*ab*).

Cui *συνωνύμῳ* membrorum *παραλληλισμῷ* et re et nomine opponitur *ἀντίθετος*, quo pro aequalibus contrariae sunt sententiae earumque conformatio; sin similitudo alteri cum alterius verbis sonisque intercedere videatur, oppositio adeo extollitur. Exempla sunt Provv.

XIII, 9:	X, 1:	XIII, 7:
אוֹר צַדִּיקִים יִשְׂמָח	בֵּן חָכָם יְשַׂמַּח־אָב	יֵשׁ מִתְעַשֵּׁר וְאֵין־כֹּל
וְנֵר רְשָׁעִים יִדְעָךְ׃	וּבֵן כְּסִיל תּוּגַת אִמּוֹ׃	מִתְרוֹשֵׁשׁ וְהוֹן רָב׃

---

*) Per *ἀποστροφήν* ad poësin hebraeam HERDERUS l. l. I. p. 170. ita: „*Unter Hirten bist du geboren, unter jugendlichen Tänzen und zwotönigen armen Chören erwachsen und erzogen! Das zeigt deine Gestalt, dein ewiger, immer durchklingender Parallelismus, der simpelste Schritt einer einfältigen Sprache!*“ — Quin facti faciendique *sacri* speciem sacer ille membrorum *παραλληλισμός* deinceps induit in coena Christi sacra, *binis* et dicendorum formulis et fruendorum formis condita.

**) Similiter at simpliciter se habent:

Ps. XXIX, 4:	Ier. XXXI, 25:
קוֹל יְהוָה בַּכֹּחַ	הִרְוֵיתִי נֶפֶשׁ עֲיֵפָה
קוֹל יְהוָה בֶּהָדָר׃	וְכָל־נֶפֶשׁ דָּאֲבָה מִלֵּאתִי׃

***) Quibus signis, ut in literarum sunt ordine, singulos versus (vulgo lineas) nostrae interpretationis descripsimus eosque, ubi non dirimuntur, *παραλλήλους*.

Itèm Ps. XXVII, 10: אָבִי וְאִמִּי עֲזָבוּנִי
וַיהוָֹה יַאַסְפֵנִי׃

— Quibus de Nahumo addere possis v. c. I, 12 *(cd)*; conf. I, 3 *(ab:* q. l. vid. inf.); II, 2 *(ab)*.

Utraque longe frequentior tertia *παραλληλισμοῦ membrorum* est species, inter duas illas quasi media, sive *σύνθετος παραλληλισμός*, ut quo sententiae *componuntur* ad sententias, sive oratio tum nova subjiciendo, tum causam eventumve docendo, tum translata propriis propriave imaginibus dicendo, vel certe dicta altius in animum imprimendo, neque sine varia argumenti et ordinis verborum *παραλληλίᾳ* provehitur. Quo ex genere sunt

Ps. XIX, 3:

יוֹם לְיוֹם יַבִּיעַ אֹמֶר
וְלַיְלָה לְּלַיְלָה יְחַוֶּה־דָּעַת׃

[Quo ipso in loco membrorum *παραλληλισμός* ante oculos ponitur, qui est in rerum natura.]

Iob. VI, 19:

הִבִּיטוּ אָרְחוֹת תֵּמָא
הֲלִיכוֹת שְׁבָא קִוּוּ־לָמוֹ׃

Eccl. XI, 4:

שֹׁמֵר רוּחַ לֹא יִזְרָע
וְרֹאֶה בֶּעָבִים לֹא יִקְצוֹר׃

— Apud Nah. inf. vid. I, 1. 3 *(ab.* vid. inf.; *cd)*. 4 *(ab. cd)*. 6 *(cd)*. 7. 8. 9. 12 *(ab)*. 13. 14 *(ab. cde)*. II, 1 *(cd. ef)*. 2 *(cde)*. 3 *(cd)*. 4 *(ab. cd)*. 5 *(cd)*. 6 *(ab. cd)*. 7. 8 *(ab. cd)*. 9 *(ab. cd)*. 11 *(ab. cd)*. 12 *(ab. cd)*. 14 *(ab. cd. ef)*. III, 1 *(ab. cde)*. 2 *(ab. cd)*. 3 *(ab. ef)*. 5 *(ab. cd)*. 6. 7 *(ab)*. 8 *(ab. de)*. 9. 10 *(ab. cd)*. 11 *(ab. cd)*. 12. 13 *(ab. cd)*. 14 *(ab. cde)*. 15 *(abc)*. 16 *(ab. cd)*. 17 *(cd. ef)*. 18 *(bc)*. 19 *(cd)*.

Neque raro prioris membri aliquid, quod quasi memoria tenendum est, *cum altero communicatur*, ut Hos. V, 8:

הָרִיעוּ בֵּית אָוֶן
אַחֲרֶיךָ בִּנְיָמִין׃

תִּקְעוּ שׁוֹפָר בַּגִּבְעָה
חֲצֹצְרָה בָּרָמָה

— Item Nahumi conf. I, 11. II, 1 *(ab)*. 13 *(ab.)*. III, 4 *(ab. cd)*. 5 *(de)*.

Quae ipsa *σύνθεσις* sive compositio membrorum pro animo poëtae interdum magis commota deprehenditur, eaque vel elata vel depressa. *Gradationem* continent e. c.

Ps. XXXIII, 9:

הוּא אָמַר וַיֶּהִי
הוּא צִוָּה וַיַּעֲמֹד׃*

uberius Ies. XXX, 26:

וְהָיָה אוֹר־הַלְּבָנָה כְּאוֹר הַחַמָּה
וְאוֹר הַחַמָּה יִהְיֶה שִׁבְעָתַיִם
כְּאוֹר שִׁבְעַת הַיָּמִים

— Ex Nah. huc pertinent I, 2 *(abcd)*. 5 *(cd)*. 6 *(ab)*. II, 10 *(ab)*.

Contra proclive *labuntur*

Ies. XLIX, 13:

רָנּוּ שָׁמַיִם
וְגִילוּ אָרֶץ
יִפְצְחוּ הָרִים רִנָּה

Hos. X, 8:

וְאָמְרוּ לֶהָרִים כַּסּוּנוּ
וְלַגְּבָעוֹת נִפְלוּ עָלֵינוּ׃

— Quo utroque cum loco comparabilis inf. Nah. I, 5., ubi, fluctus instar, versus *ab.* descendunt, *cd.* in altiora emergunt.

Quin *compositus* quoque παραλληλισμός exstat, quo membra respondent

vel bina binis, ut Ies. LXV, 21:

וּבָנוּ בָתִּים
וְיָשָׁבוּ

וְנָטְעוּ כְרָמִים
וְאָכְלוּ פִּרְיָם׃

vel terna ternis, ut Ies. XXIX, 8:

כַּאֲשֶׁר יַחֲלֹם הָרָעֵב
וְהִנֵּה אוֹכֵל
וְהֵקִיץ וְרֵקָה נַפְשׁוֹ

וְכַאֲשֶׁר יַחֲלֹם הַצָּמֵא
וְהִנֵּה שֹׁתֶה
וְהֵקִיץ וְהִנֵּה עָיֵף
וְנַפְשׁוֹ שׁוֹקֵקָה וגו׳

Cujus similis membrorum structura, qua ad prius tertium, alterum ad quartum aptatur, vindicanda esse videtur loco, qui est inf. Nah. I, 10. (coll. III, 4), ubi pluribus hac de re exposuimus.

Quid quod tria principalia ista παραλληλισμοῦ genera saepenumero ex se mutuo vicissimque membra sumserunt. Ita συνώνυμοι ἀντίθετοι versus sunt v. c.**) Ier. XVII,

---

*) A quorum egregia Lutheri explicatione in hanc accuratiorem videtur recedendum esse:

Er spricht, und es geschah!
Er heisst, und es stand da!

**) Conf. Ies. I, 3:

יָדַע שׁוֹר קֹנֵהוּ
וַחֲמוֹר אֵבוּס בְּעָלָיו

יִשְׂרָאֵל לֹא יָדַע
עַמִּי לֹא הִתְבּוֹנָן׃

5. 6:	7. 8:
אָרוּר הַגֶּבֶר אֲשֶׁר יִבְטַח בָּאָדָם	בָּרוּךְ הַגֶּבֶר אֲשֶׁר יִבְטַח בַּיהוָה
וְשָׂם בָּשָׂר זְרֹעוֹ	
וּמִן יְהוָה יָסוּר לִבּוֹ׃	וְהָיָה יְהוָה מִבְטַחוֹ׃
וְהָיָה כְּעַרְעָר בָּעֲרָבָה	וְהָיָה כְּעֵץ שָׁתוּל עַל־מַיִם
	וְעַל יוּבַל יְשַׁלַּח שָׁרָשָׁיו
וְלֹא יִרְאֶה כִּי־יָבוֹא טוֹב	וְלֹא יִרְאֶ* כִּי יָבֹא חֹם
	וְהָיָה עָלֵהוּ רַעֲנָן
וְשָׁכַן חֲרֵרִים בַּמִּדְבָּר	וּבִשְׁנַת בַּצֹּרֶת לֹא יִדְאָג
אֶרֶץ מְלֵחָה	
וְלֹא תֵשֵׁב׃	וְלֹא יָמִישׁ מֵעֲשׂוֹת פֶּרִי

— Ex Nahumo vero huc trahatur I, 3 *(ab)*.

Item *συνώνυμοι σύνθετοι* sententiae reperiuntur v. c. Cant. Cant.

IV, 16:		V, 11:
עוּרִי צָפוֹן וּבוֹאִי תֵימָן	הָפִיחִי גַנִּי	רֹאשׁוֹ כֶּתֶם פָּז קְוֻצּוֹתָיו תַּלְתַּלִּים שְׁחֹרוֹת כָּעוֹרֵב׃

Eaedemque compluribus cum membris v. c. Mich. IV, 2:

לְכוּ וְנַעֲלֶה אֶל־הַר־יְהוָה	וְיוֹרֵנוּ מִדְּרָכָיו	כִּי מִצִּיּוֹן תֵּצֵא תוֹרָה
וְאֶל־בֵּית אֱלֹהֵי יַעֲקֹב	וְנֵלְכָה בְּאֹרְחֹתָיו	וּדְבַר יְהוָה מִירוּשָׁלִָם׃

— De Nahumo autem transferri eo possit III, 4 *(abcd)*; conf. etiam I, 2 *(abcd)*.

Sed in multiplicanda, quae sit in hebraea poësi, *παραλληλίας* divisione satis est generum capita et quasi exemplaria tetigisse. Et qui tandem insignes sacrorum poëtarum sensus et cogitationes in unam paucasve formas poëticas redigi potuissent et adstringi, maxime ubi respexeris tum liberalissimam omnis poëseos naturam, tum vegetum et acrem Orientalium animum, tum oraculorum divinam orationem! Ita similia quidem quadrata Hebraeorum scripta etiam poëtica urbis vetustae vetustis aedibus et turribus, ad altitudinem latitudinemque inter se minime aequalibus, alioquin mox languorem moturis et taedium. Denique abhorret poësis, quae in immensam

*) Vocabulum docet, quanti Grammatico quoque *παραλληλία* membrorum sit aestimanda. Quae si hoc loco minus evidens esset, Masorethae non dubie in forma Cthibh ideoque in lectione יֵרָא (vel יִרָא) acquievissent, quae sententiae prima specie adeo accommodatior est.

aetheris libertatem mentes hominum secum tollit, non a simili quidem sed ab uno habitu, ac potissimum illa quidem, quae in coelo orta et eodem mortales est abreptura. Unde fit, ut in hebraeis carminibus raro illustres παραλληλίας partes purae deprehendantur et candidae, raro sententiae inter se plane aut pares sint aut dispares, raro verba verbis et versus alterni respondeant aequalibus. Caeterum similiter, quae varia sunt ὀρχηστικῆς genera, saltantium gestus musicique concentus modi et ipsi studiose vel se sectantur vel diversas in partes velut diffugiunt, postremo autem unum in locum conveniunt. Neque profanis veterum scriptoribus, sive oratoribus sive poëtis, inaudita sunt alterna ejusmodi dicta, maxime in εὐδυλλίοις frequentia, ut Theocriti, ut Virgilii, cujus (in Ecl. III.) σύνθετοι ἀντίθετοι versus e. c. hi sunt:

Dam.:	Men.:
Triste lupus stabulis, maturis frugibus imber, Arboribus venti, *nobis* Amaryllidis irae.	*Dulce* satis humor, depulsis arbutus haedis, Lenta salix foeto pecori, *mihi* solus Amyntas.

Cui ἀμοιβαίῳ, quod dicunt, carmini in sacra poësi inprimis consentit Cant. Cant., v. c. II,

2:	3:
כְּשׁוֹשַׁנָּה בֵּין הַחוֹחִים כֵּן רַעְיָתִי בֵּין הַבָּנוֹת׃	כְּתַפּוּחַ בַּעֲצֵי הַיַּעַר כֵּן דּוֹדִי בֵּין הַבָּנִים

Praecipua et communi illa hebraeae poëseos forma notaque, in sententiis, in versibus et in verbis posita, longe levioris momenti et rarior alia est externa ejusdem species, ad literas pertinens, quae simili et sonorum et compositionis suae habitu etiam sensum verborum suorum consonis aliis eximie vel parem vel disparem aurium beneficio significant. Qualis παρονομασία sive *agnominatio*, quippe quae maxime in nominibus rerum ad earum naturam aptandis (conf. Gen. XXVII, 36, inf. Zeph. II, 4) locum habet, neque a profanis scriptoribus aliena illa (vid. v. c. Auct. ad Herenn. IV, 22; conf. Spalding. ad Quinct. VI, 3, 53. IX, 3, 66. 80), supra fuit e. c. Provv. XIII, 9: [אוֹר] צַדִּיקִים יִשְׂמָח et [וְנֵר] רְשָׁעִים יִדְעָךְ; Ps. XXVII, 10: עֲזָבוּנִי et יַאַסְפֵנִי; quibus exemplis add. Ies. I, 4: הוֹי גּוֹי; Mal. II, 3: הַזֶּרַע וְזֵרִיתִי; Zeph. II, 4: עַזָּה עֲזוּבָה .... וְעֶקְרוֹן תֵּעָקֵר; et infra ex Nah. (una cum germanica nostra horum locorum imitatione): I, 3: בְּסוּפָה וּבִשְׂעָרָה; 10: סִירִים סְבֻכִים וּכְסָבְאָם סְבוּאִים; II, 5: כַּלַּפִּידִים כַּבְּרָקִים; 8: מְנַהֲגוֹת et

מְתֹפְפוֹת; III, 2: מֶרְכָּבָה מְרַקֵּדָה; inprimis vero II, 11: בּוּקָה וּמְבוּקָה וּמְבֻלָּקָה *). Quin Hebraeis haec literarum et *nominis omine* explicandi significandique ratio, quae et ipsa *ὀνοματοποίησις* possit dici, ita arrisit, ut eam vel in solutam orationem (siquidem ligatam nominari licet hebraeam poësin) transtulerint: vid. e. c. Gen. I, 2: תֹּהוּ וָבֹהוּ; XXVII, 36: קָרָא שְׁמוֹ יַעֲקֹב וַיַּעְקְבֵנִי .. אֶת־בְּכֹרָתִי לָקָח וְהִנֵּה עַתָּה לָקַח בִּרְכָתִי; cf. Exod. XXXIX, 7: כִּתְפֹת הָאֵפֹד; 33: קְרָסָיו קְרָשָׁיו.

Quid vero? Nonne de Orientis poëtis disserimus? Atqui jam ab oris maritimis, quae a laeva fuerunt Romanis et Graecis, passis disputationis velis ad dextram devecti in populos penetravimus, qui occidentem versus effloruerunt, et de quibus altero loco eramus dicturi. Scilicet extremis, ut in proverbio est, extrema finitima. Quamvis enim luxuriosae Orientis et jejunae Occidentis sint gentes, haud tamen exigua inter utrasque in adornando poëseos vestitu est similitudo. **O c c i d e n t i s** autem eos Europae populos appellari consuevimus, qui partes inde a Graecia Italiaque et proprie quidem ad occasum solis positas incolunt, ut Galliam et Hispaniam Lusitaniamque, et eis proximas, ut Germaniam, ut Britanniam. Unde *linguas* ejusdem Occidentis non solas illas dicimus, quae in Latino Imperio ejusque provinciis tum ab indigenis latine tum ab advenis barbare loquentibus varia confusione conditae sunt et ut a romana suspensae *romaniensium* nomen repererunt, sed *germanicam* quoque, et quae ex ejus fundamentis deinceps sunt exortae; ex utrisque autem conflatam britannicam esse et hujus natura et Britanniarum res gestae abunde docent. Quae linguae omnes longe post graecam et romanam, longius post hebraeam obscuris ex initiis emerserunt et ad scriptionem cultae sunt, unde ex veterum quin mortuarum istarum oppositione etiam *recentiores* dictae, quarum communem naturam assumsit non tantum quae de romaniensibus latinam in Italia, sed ex parte deinceps adeo quae priscam graecam in Graecia secuta est. Et harum recentium in eisque vernaculae quidem linguarum poësis facie

---

*) Item inde haec collatione digna: I, 6: נִתְּכָה et נִתְּצוּ; III, 6: נִבַּלְתִּיךְ וְשַׂמְתִּיךְ; 11: גַּם־אַתְּ תִּשְׁכְּרִי תְּהִי ... גַּם־אַתְּ תְּבַקְשִׁי; 15: תֹּאכְלֵךְ ... תַּכְרִיתֵךְ ... תֹּאכְלֵךְ; 16: מִנְּזָרַיִךְ ... וְטַפְסְרַיִךְ; 19: שֹׁמְעֵי שִׁמְעֲךָ.

externa (de interna poësi neutram in partem jam exponi placuit) aeque pluribus nominibus ab antiquiore Romae et Graeciae differt. Nullum hic, pariter ut in hebraea poëtica, certum syllabarum pro certis literis et vocalibus et consonantibus inter se junctis pondus; potius ut quotidiana pronunciatio et syllabarum vis earum accentum verborumque ῥυθμόν constituit, item eosdem in versibus suis servavere poëtae: id quod longe secus certe apud Graecos fuisse constat, quorum versus μέτρῳ continentur et aliter fluunt ac vulgari modo verba sunt edita.

Quamvis vero eatenus cum hebraea nostra poësis conveniat, accedere tamen huic debet externum insigne, quo quasi vinciatur a solutaque oratione discernatur, et quod isti tum Hebraeorum παραλληλισμῷ tum μέτρων antiquorum elegantiae respondeat: ut quo nos caremus utroque. Ac re quidem habent vera recentiores linguae, quod utriusque istius absentiam sarciat: aequalem exitum membrorum dicimus sive sonorum in fine versuum concentum, uno verbo τὸ ὁμοιοτέλευτον (*Reim*), cujus notio*) indeque etiam proprium huicque rei peculiare verbum latinos ut graecos homines fugit. — Quodsi Graeci cum Romanis in certa syllabarum versuumque, denique in temporis mensura, Hebraei vero in vocibus vocumque structuris sensu παραλλήλοις, Occidentis recentiores populi praecipuum externum carminis indicium in terminatione singulorum versuum ad sonum pari posuerunt.

Quo ipso ὁμοιοτελεύτῳ facile est ad intelligendum denuo proximam fieri vernaculam Hebraeorum poësi. Nonne enim hebraeus ille membrorum παραλληλισμός pariter atque nostrum ὁμοιοτέλευτον Graecorum et Romanorum literas syllabasque accuratissime momento suo ponderatas et ad gravitatis quasi perpendiculum exactas compensat! Nonne aequalem illum versuum exitum, qui integros versus aequare videatur, sonorumque συμμετρίαν proportionemve quodammodo et ipsam παραλληλίαν dici liceat! Nonne in membrorum et παραλληλισμῷ et ὁμοιοτε-

*) Quae ὁμοιοτέλευτα aliquoties vel apud optimos antiquitatis poëtas (v. c. Sophocl. Aj. vss. 62 sqq., item Ovid., maxime in utraque πενταμέτρου mora) leguntur, nisi invito calamo exciderunt, cum certo certis in locis consilio dicta sunt, neque graecae latinaeque poësi propria, cujus leges illis adeo abstineri jubent.

λεύτῳ et sententiae et soni tanquam imago (Ἠχώ) resonat! Nonne et παραλληλισμός et ὁμοιοτέλευτον plerumque binorum*), at etiam plurium est membrorum! Nonne παραλληλισμοῦ eadem quae ὁμοιοτελεύτου, neutiquam vero μέτρων graecorum, infinita varietas! Denique, praeterquam quod utrumque aequaliter memoriae consulit, nonne originis ὁμοιοτελεύτου idem quod παραλληλισμοῦ vestigium, quam a saltatione et a cantu repetivimus! Namque in ὁμοιοτελεύτοις item saltatorum paria et χορούς tum sibi respondentes tum interruptos et in gratiam reconciliatos χορείας ducere audias et velut cernas. — Hinc quemadmodum nullum antiquius Hebraeorum poëma sine παραλληλισμῷ membrorum, ita nullum recentius Occidentis carmen sine ὁμοιοτελεύτῳ versuum exstat, siquidem peculiaris uniuscujusque harum linguarum effigies maximeque poësis eo fuit exprimenda. Scilicet multae sunt cantilenae etiam poëtarum etiam germanicae (ut tandem in vernaculis consistamus) ὁμοιοτελεύτῳ privatae et spoliatae; sed aeque perverso pravoque usu id fieri contendimus, ac si quis graecos romanosque versus uno tenore ὁμοιοτελεύτους faciat: quibus ipsis veteribus ex linguis ratio illa a nobis alienior in nostram deinceps se videtur insinuavisse. Ingeneratum autem ita germanicae poësi τὸ ὁμοιοτέλευτον esse, quo instructi versus a non ὁμοιοτελεύτοις tanquam aera concinentia a lignis differunt, illius et historia testificatur et quo apud populum valet honor. Longi argumenti et libello nostro quasi tesserae instar est nostratium poëtarum facile principis dictum (in Prol. ad *Wallenst.*), quamvis non ὁμοιοτέλευτον:

„Und wenn die Muse heut',
Des Tanzes freie Göttin und Gesangs,
Ihr altes deutsches Recht, des Reimes Spiel
Bescheiden wieder fordert, tadelt's nicht!“

Etenim non solum antiquissima germanica poëmata, ut cui nomen *Nibelungenlied*, omnia ὁμοιοτελεύτοις suis nostrae auri suavissima

*) *Paria* versuum ὁμοιοτελεύτων ut simplicissima ita antiquissima sunt; compositiora vero artificiosioraque poëmatorum genera (ut quae *Canzone*, *Sonetto*, *Madrigal* i. e. Materiale, *Stanze*, *Rondeau* dicuntur) plerumque a romaniensibus poëtis inventa sunt, qui κατ' ἐξοχήν inventores (*Troubadours*) appellantur, eaque deinceps ab Hispanis Italisque eo perducta, quatenus auris superius aliquod ὁμοιοτέλευτον potuit tenere.

sunt et dulcissima; sed quemadmodum jam ABRAHAMUS A S. CLARA*) ille librorum suorum aliquem inscripsit: „*Reim' dich, oder ich lies' dich nicht!*" ita etiamnunc versus non ὁμοιοτέλευτοι in vulgus fere pro versibus non sunt et pro nihilo ducuntur; contra ὁμοιοτελεύτοις dictis, si vel tenuior sensus insit, tenuiores iidem homines maximam tribuunt auctoritatem ut quasi veri signum et notam ostendentibus. Inde etiam translato sensu verbum nostrum *(sich) reimen* de duabus pluribusve rebus convenientibus sibi et aptis usurpatur (vide e. c. LUTHERI interpretationem ll. Provv. XXVI, 1. Sap. II, 15. Sir. XXII, 6. Luc. V, 36); quid quod denique opposito vocabulo *ungereimt* adeo *inepti* notio subjecta est. — Eodem ex fonte isto fluxit, quod Germanorum non modo antiquissimae formulae solemnes**) et plurima proverbia, sed etiam innumerabiles quotidianae dictiones sensu παράλληλοι vulgi ore in ὁμοιοτελεύτων quoque formam sunt redactae***), siquidem

*) Cujus et morem et aetatem idem SCHILLERUS luculenter nobis repraesentat oratore scilicet isto, quem in Castris Wallenstenii scurrilem quidem sed popularem hunc in modum ὁμοιοτέλευτα effundentem facit: „— *Wetzt lieber den Schnabel als den Sabel; — Der Rheinstrom ist geworden zum Peinstrom'; Die Klöster sind ausgenommene Nester; Die Bisthümer sind verwandelt in Wüstthümer; Die Abteien und die Stifter Sind nun Raubteien und Diebesklüfter; Und alle die gesegneten deutschen Länder Sind verkehrt worden in Elender.*"

**) Talem v. c. olim juveni germanico equestrem in ordinem ternis ictibus cooptando historia prodit ita esse imperatam:

„*Ze Gotes unde Marien êr*
Empfanc diz unde keinez mer!

Wis kuon, biderbe und gerecht,
Bezzer Ritter denne Knecht!"

***) Quales sunt de genere (conf. sup.) — I) συνωνύμῳ: *Drang u. Zwang; essen u. fressen; Focken u. Flocken; gaukeln u. schaukeln; Gipfel u. Wipfel; hager u. mager; Handel und Wandel; Hauch u. Rauch; hegen und pflegen; hallen u. schallen (u. knallen); holpern u. stolpern; irr u. wirr; knurren u. murren (u. schnurren); kriebeln und wiebeln; lau u. flau; leben und weben; Lug und Trug; rasseln u. prasseln; rauchen u. schmauchen; regen u. bewegen; rütteln u. schütteln; schalten u. walten; schlecht und recht; schmiegen und biegen; tönen u. dröhnen; trauen u. bauen; wanken u. schwanken; Weg u. Steg;* — II) ἀντιθέτῳ: *denken u. lenken; Eile u. Weile; gewinnen u. zerrinnen; Glimpf u. Schimpf; Noth u. Gebot; rich-*

in sonis aequalibus etiam rerum iis significatarum aequalitas vel certe aequatio aliqua subest. Quare non mirum, quod, licet Ἄρσις et Θέσις, sive, ex Quinctiliani (IX, 4; 48) quidem interpretatione, *sublatio* et *positio* vocum versuumque in vernaculis quoque poëmatis magis magisque deinceps percepta sit*) et justo loco adhibita, tamen germanicorum carminum τοῦ ὁμοιοτελεύτου flumine carentium hortuli videantur sitire. — Quod vero commemorant, τὸ ὁμοιοτέλευτον ab Arabibus non modo in recentiorem hebraeam et (saeculo a Chr. n. octavo nonove) in latinam poësin irrepsisse ibique Leoninos, ut ajunt, versus genuisse, sed etiam sive per Gothos sive per gallicos Provinciales in Occidentem Septentrionesque pervenisse, tum ideo incredibile videtur, quia illud ipsum ὁμοιοτέλευτον fere unicum nostrae poëseos prae soluta oratione exterius insigne est et mirificam istam in populares nostros vim habet, tum, si verum esset, testimonio foret congruere Orientis cum nostrae poëseos specie, quippe quam tam facile nostrae linguae ingenerare contigerit, jam tot ὁμοιοτελεύτοις et verbis et formis cumulatae, ut poëta vel paullulum rebus animo conjungendis exercitatus principalem illam vernaculae poëseos faciem sensis mentis suae haud operose induat.

Quam vero et ipsam antiquiori Hebraeorum poësi propriam esse supra diximus, agnominatio non solum τοῦ ὁμοιοτελεύτου**)

---

tig u. nichtig; Scherz u. Schmerz; schlaff u. straff; schlapp u. knapp; *schwül u. kühl; wollen u. sollen; Würden u. Bürden;* — III) συνθέτῳ: *Dach und Fach; dann und wann; gehn und stehn; Gut und Blut; Hülle und Fülle; klar u. wahr; Kleck u. Fleck; Knall und Fall; krächzen u. ächzen; Mark u. stark; Noth und Tod; Rath und That; Rumpf u. Stumpf; Saft und Kraft; Salz und Schmalz; Sang und Klang; schmollen u. grollen; Schritt und Tritt; Schutz und Trutz; Schwamm u. Schlamm; singen und springen; Strudel u. Sprudel; Stein und Bein; sterben und verderben; Stern und Kern; strotzen u. trotzen; Titel u. Mittel; toll und voll; Träume u. Schäume; Wahl u. Qual; weit und breit.* Conf. sup. apud Schill.

*) De προσῳδίᾳ germanicae poëseos, praeter alios (ut I. H. F. Meinekii „*Verskunst der Deutschen aus der Natur des Rhythmus entwickelt*“: Quedlinb. 1817. II. PP.) libros, non sine fructu comparabitur: „*Ueber ein Wort Friedrich's* II. *von deutscher Verskunst. Eine Vorlesung von* Fr. Aug. Wolf“ (Berol. 1811.).

**) Quid quod etiam in hebraeis ὁμοιοτέλευτα neque pauca illa deprehendi licet, qualia in unius Nahumi oraculo haec sunt: I, 2

radices continere videtur, sed etiamnunc velut mancum mutilumque ὁμοιοτέλευτον esse; praeterquam quod integrum ὁμοιοτέλευτον ad *syllabas*, agnominatio vero ad *literas* pertinet vel plures vel, maxime ab initio verborum, adeo singulas, quarum barbare *Assonantiae* alteram, alteram *Alliterationis* nomine nuncupant. Quae eadem agnominatio, praeter absolutum ὁμοιοτέλευτον, vernaculae quoque poësi adhaesit, in Septentrionibus autem, ut in Scandinavia, una sola permansit neque ex asperiore sua, qualis et coeli istic est, facie in liquidius ὁμοιοτέλευτον adducta est. Ut vero certae loquendi formulae et sensu παράλληλοι et sono ὁμοιοτέλευτοι, de quibus supra egimus, nobis in usu sunt, ita eadem vernacula lingua haud paucis aliis tum παραλληλίᾳ tum *agnominatione* pariter praeditis iisque omnibus συνδέτοις*) quasi genio indulsit; quae utraeque et ipsae quodammodo sunt poëticae.

(*cd*): לְצָרָיו et לְאֹיְבָיו; II, 1 (*c d*): חַגַּיִךְ et נְדָרָיִךְ; 10 (*cd*): לַתְּכוּנָת et חֶמְדָּה; 13 (*ab*): גֹּרוֹתָיו et לְלִבְאֹתָיו; III, 4 (*cd*): בִּזְנוּנֶיהָ et בִּכְשָׁפֶיהָ; 5 (*de*): מַעְרֵךְ et קְלוֹנֵךְ; 7 (*cd*): לָהּ et לָךְ; 12 (*ab*): תְּאֵנִים et בִּכּוּרִים; 19 (*ab*): לְשִׁבְרֵךְ et מַכָּתֵךְ: in quae hebraea germanica nostra plerumque quadrant; contra minus perfecta ὁμοιοτέλευτα ibidem conf. I, 5 (*ab*): מִמֶּנּוּ et הִתְמֹגָגוּ; 11: יָצָא et רָעָה; 12: שְׁלֵמִים et רַבִּים; II, 8 (*ab*): גֻּלְּתָה et הֹעֲלָתָה; 11 (*bc*): בִּרְכַּיִם et מָתְנַיִם; III, 5 (*bc*): אֵלַיִךְ et שׁוּלַיִךְ et פָּנָיִךְ; 8 (*ce*): לָהּ et חוֹמָתָהּ; 13 (*ab*): עַמֵּךְ et בְּקִרְבֵּךְ; (*bd*): לְאֹיְבַיִךְ et בְּרִיחָיִךְ.

*) Cujus sunt modi (vid. sup.) — I) συνώνυμοι: *angst und bang; Feuer und Flamme; frank und frei; ganz und gar; Kisten und Kasten; keck und kühn; kurz und klein; los und ledig; müd' und matt; Ruh' und Rast; Thür und Thor; Schimpf und Schande; Schutz und Schirm; zittern und zagen;* — II) ἀντίθετοι: *biegen und brechen; Dick und Dünn; Himmel und Hölle; hin und her; Leid und Lust; sammt und sonders; Wohl und Weh;* — III) σύνθετοι: *Bausch und Bogen; brocken und beissen; dann und wann; Friede und Freude; gäng' und gäbe; Geld und Gut; Haus und Hof; Haut und Haar; Herz und Hand; hoffen und harren; Kind und Kegel; Land und Leute; Leib und Leben; Lust und Liebe; Mann und Maus; Nacht und Nebel; nie und nirgend; Ross und Reiter; Sammt und Seide; Stock und Stein; Stumpf und Stiel; wanken und weichen; Wehr und Waffe; wie und wo; Wind und Wetter; Wissen und Wollen; Wittwen und Waisen; Wort und Werk.* — Conf. apud SCHILLERUM l. sup. l.: „— *Kümmert sich mehr um den Krug als den Krieg; — Lässt sich nennen*

Quae quum talis sit mutua poëseos et antiquae tum hebraeae tum graecae latinaeque et recentioris maximeque nostrae ratio, facilius ex ea modus constituetur, ad quem carmina ex alia in aliam linguam sint convertenda, siquidem scite et literate explicare velimus. De quibus interpretis officiis ut recte judicetur, ante omnia de explicandi fine et usu quaerendum est. Ac plerumque quidem gentium internuncii illi sensus argumentum et *materiam* ita spectant, ut ducibus ἑρμηνευτικῇ et ἐξηγητικῇ neque vero αἰσθητικῇ exterarum nationum dicta scriptave poëtica ad verbum in domesticam linguam transferant, quo *res* peregre traditas sibi aliisve utcunque patefaciant. At simul ad *formam* quoque sive ad corpus sententiarum respectus haberi potest: id quod in poëtica potissimum oratione summi ad perfectum sensum assequendum et ad augendum populorum cum populis commercium mutuumque animi cultum est momenti. Qua accuratiore interpretatione non solum ea, in quam transfertur, lingua polietur et locupletabitur, sed ejus quoque nativus color et species longe majore cum delectatione et utilitate percipietur, ex qua convertitur, denique scientiae et eruditionis in varias orbis terrarum partes dispersae et disseminatae totus ambitus deinceps etiam a singulis gentibus peragrabitur. Quod ut fieri possit, ita omnino instituenda est μετάφρασις, ut externam domestica lingua *assimilet*, sive ut utriusque poëseos habitus ab explicatore respiciatur et, quantum licet, consociatus conservetur. Ac sic demum viva et literis pulchrisque artibus digna, quin artificiosi operis loco erit interpretatio, alioquin inutilis.

Quodsi intra eundem poëseos orbem, quem omnino triplicem esse vidimus, et vernacula et externa lingua continetur, tum per se intelligitur et facilis est v. c. ex semitica in semiticam, ex graeca in romanam, ex romaniensi in germanicam convertendi modus; contra laboratur de interpretatione, quae ad diversas duas poëseos provincias pertineat, ut qua ex graeco hebraeove in germanicum transferatur. Et nostrates quidem plerumque item triplicem in convertendis exteris poëtis secuti sunt rationem. Expeditissima et, quae videri possit, diligentissima barbarorum carminum

---

den Wallenstein: Ja freilich er ist uns Allen ein Stein! — Und so lang der Kaiser diesen Friedland Lässt walten, so wird nicht Fried' im Land'."

interpretatio *soluto* fit *sermone*, a qua vero ita quisque maxime abhorret, ut quisque maxime ingenui est animi, et quo major subtiliorque poëta, tali explicatione distortus et nitore suo spoliatus. Quodsi hoc modo externas literas injuriam accipere patet, vernaculae contra linguae vis adfertur, ubi solam alienigenae poëtae rationem interpres imitetur eique *suam linguam subjiciat* et jubeat obedire; ubi, ut exemplo utamur, hexametros Graecorum versus germanicis hexametris reddere velit. Etsi enim ea est fortissimae linguae nostrae etiam mollities, ut hanc ipsam tractationem aliquantum et prae aliis sustinuerit, duriores tamen sunt hi nostri versus neque unquam populares futuri (conf. inf. apud Schiller.)*); unde quae nunc mirantur gloriantúrque linguam ipsam auguramur ut a se aliena aliquando e civitate sua esse ejecturam. Sic sola tertia superest via, jam supra significata illa, qua et tuae et externae linguae satisfacias, sive qua *alienigenarum poësin, integram* et salvam, *ad vernaculae leges* et *formas aptes,* quae *ambabus* quam maxime possis sint *communes.* Quo ergo sibi propior utraque et lingua et poësis, eo facilius transferendi opus, quo illae inter se dissimiliores, eo hoc est impeditius.

Et de Graecorum quidem Romanorumque poëmatis in vernaculam linguam justo illo modo convertendis disserere nunc non attinet. Inest vero et in his carminibus, a quo nostrae poëseos formae non plane dissentiant: cujus generis inprimis *Δίστιχον* est, *ὁμοιοτελεύτοις* duobus versibus a nobis optime reddendum. Idem illud in aliis poëseos partibus tum maxime superiore tempore tum nuper et Romanienses illi Britannique et nostrates periclitati sunt, ut in *λυρικῇ* Horatii, in *ἐπικῇ* Homeri et Virgilii**).

*) Felicius quamvis liberius *στροφῶν*, quas *Canzone* dicunt, aliquot formis, ut Anacreontea, ut Pindarica *(Canzone alla Greca)*, veterum carmina ab Italis reddi possunt.

**) Quam difficultatem ejusmodi in opere habuerit, in alterius, quem cum quarto libere ita interpretatus est, Aeneidos libri praefatione ipse Schillerus his professus est verbis, alias quoque ob causas hoc loco memorabilibus: — „*Die hauptsächlichste Schwierigkeit* [ait noster ille et poëtae interpres et ipse poëta], *die ihm bei Ausführung seines Vorhabens aufstiess, war die Wahl einer Versart, bei welcher von den wesentlichen Vorzügen des Originals am Wenigsten eingebüsst würde, und welche Dasjenige, was schon allein der Sprachverschiedenheit wegen unvermeidlich verloren gehen*

Eandem illam normam et praescriptionem tenere debet et facilius potest, qui *hebraea sacrorum librorum carmina in vernaculam linguam translaturus* est, nobis ut Christi sectatoribus gravissima et ut Germanis, pulchri diligentibus studiosisque, jucundissima illa; de cujus poëseos argumento poëtice exposuerunt LOWTH. (in libro l.) et HERDERUS (in l. *Geist der hebr. Poësie*), auctores. Ac de soluta quidem hebraeorum poëmatorum interpretatione jam judicavimus, qualem LUTHERI *), viri nervosi at

musste, von einer anderen Seite einigermaassen ersetzen könnte. Der deutsche Hexameter schien ihm diese Eigenschaft nicht zu besitzen [conf. sup.], *und er hielt sich für überzeugt, dass dieses Sylbenmaass, selbst nicht unter* KLOPSTOCK'*schen und* VOSS'*schen Händen, diejenige Biegsamkeit, Harmonie und Mannigfaltigkeit erlangen könnte, welche Virgil seinem Uebersetzer zur ersten Pflicht macht. Durch dieses Medium also glaubte er es schlechterdings aufgeben zu müssen, mit der Schönheit des Virgil'schen Verses zu ringen........ Wer übrigens die Schwierigkeiten kennt, die sich einem Uebersetzer der Aeneis, und vollends in einer gereimten Versart, in den Weg stellen, wird eher im Falle seyn, zu Wenig als zu Viel zu erwarten. Nicht die geringste darunter war, eine glückliche Eintheilung zu treffen, wobei der lateinische Dichter seinem Uebersetzer nicht nur nicht vorgearbeitet, sondern sehr oft entgegengearbeitet hat. Das lateinische Original bewegt sich in einem stetigen Strome fort, und Virgil hat sich in vollem Maasse der Freiheit bedient, welche diese Form ihm gewährte. Dieser fortströmende Gang des Gedichts musste nun in der Uebersetzung durch viele kurze Ruhepuncte unterbrochen, und ein einziges zusammenhangendes Ganze in mehrere kleine, sich leicht aneinanderschmiegende Ganze aufgelöst werden, wenn anders die Stanzenform ungezwungen scheinen, und das sclavische Gepräge einer Uebersetzung verwischt werden sollte. Hier konnte es freilich nicht fehlen, dass nicht öfter vier oder fünf lateinische Hexameter in Eine Stanze ausgesponnen, oder auch umgekehrt acht und neun Verse des Originals in den engen Raum von acht Stanzenzeilen gepresst wurden. Bei einem Dichter, der sich so wenig nehmen lässt, als Virgil* [— Quid? de nullo poëta quidquam explicando detrahi licet! —], *war die letztere Operation unstreitig die bedenklichste....*" Qua opera in dividendos versus collata supersedendum fuit ac versus versu reddendus.

*) Qui vero et ipse ὁμοιοτέλευτον haud fugit (vid. inf. Nah. II, 5: „*Die Wagen rollen auf den Gassen, Und rasseln auf den Strassen;*" in quibus membrorum et παραλληλισμός et ὁμοιοτέλευτον quod-

necessitatis et temporis angustiis adstricti, pietati debemus. Item ibidem eorum conatum improbavimus, qui, ut HERDERUS ille cum aliis plurimis fecit, veteri poësi hebraeae vernaculam speciem solo iambo praebuisse sibi videntur: quae tenuissima vestis a versibus ex ferventiore coeli plaga in septentriones nostros translatis frigus parum defendat; unde solutam istam v. c. *ψαλμῶν* explicationem LUTHERI vel KOESTERI longe praeferendam esse censemus *ἰαμβείᾳ* DE WETTI, aliorum. Denique cautos scilicet istos, qui qualemcunque Hebraeorum *ῥυθμόν* totidem iisdemque syllabis vernaculis exprimendum esse opinati sunt, idem HERDERUS spiritum exterminasse ait et solum syllabarum contritarum cinerem retinuisse*); caeteroquin immemores illos, quod de vera hebraei pronunciatione compertum non habeamus. — Contra illa ipsa, quae utramque poësin intercedit, communio justam hebraeorum carminum in germanica convertendorum rationem videtur docere. Et utrinque quidem non modo agnominationem agnominationi respondere ostendimus sed etiam, quod longe gravius est, membrorum *παραλληλισμῷ* hebraeo germanicum *ὁμοιοτέλευτον*. Unde versus sensu *παραλλήλους* reddant versus sono *ὁμοιοτέλευτοι!*

Quam qui ingrederentur viam nondum exstitisse miraremur, nisi haec ipsa tot tantisque impedimentis horreret, quae ingredi ausos mox deterrerent. Non *παραφράσεων* multitudinem istam dicimus, quibus maxime inde a LUTHERI tempore ejusque exemplo (vid. inf.) *ψαλμοί* singuli et aliae sacrae Hebraeorum poëseos particulae ad pietatem populi alendam vernaculis versibus modisque conclusae sunt, quarum vero auctores in sensu

---

dam; conf. v. c. Dan. V, 6); maxime ubi ejus linguae, ex qua transtulit, verborum conformatio id flagitare videbatur, ut in Hist. Sus. vss. 54. 55: — *ὑπὸ σχῖνον!* — *σχίσει σε μέσον:* — *„unter einer Linden!* — *wird dich finden;“* etc deinceps vss. 59. 60: *ὑπὸ πρῖνον!* — *πρίσαι σε μέσον:* — *„unter einer Eichen!* — *wird dich zeichnen.“* (si vel hoc exemplum propius ad agnominationis genus accedat).

*) Vid. l. l. *Briefe* caet. I. pp. 169 seq.: *„Sie schliessen leicht, wie mir Die gefallen, die ihre erkünstelte hebr. Poësie, das Figment ihrer Radebrechung der Sylben, gar unserer Sprache aufdringen, ihr Sylbe nach Sylbe gleichsam vorzählen wollen: wo wahrlich (auf's Gelindeste zu reden) der Geist längst dahin ist und todte Asche zermalmter Sylben daliegt.“*

tantummodo universe reddito acquieverunt, caeterum autem ad arbitrium tum de argumento detraxerunt tum de suo addiderunt, saepe etiam sententias diluerunt. — **Literatam** malumus interpretationem, qua sensus hebraeorum verborum accurate et indagetur et vernaculis reddatur, denique ad externum domesticus versus congruenter aptetur et exitu ornetur, qui παραλλήλῳ sit ὁμοιοτέλευτος. Tale vero opus certe tentare ac periclitari operae quin divinas in literas impendendae pretium fuerit; praeterquam quod hujusmodi consilium cum iis omnibus, quae nunc ipsum praeparando disseruimus, non abhorruerit a fine solemnis Prolusionis γυμνικῆς, cujus causa haec et scripsimus et promulgavimus. Illud enim argumentum non modo muneris nostri singularis variis officiis consentire, sed etiam ac potissimum quidem carissimis disciplinae nostrae alumnis, quos coram docere valetudine proh! diu vetamur, ad literas tum hebraeas et vernaculas, tum pulchras et sacras non inutile videbatur esse futurum; itemque iis Civibus Urbis aliquid commoditatis oblaturum, qui studia nostra studio magis quam studiis prosequuntur. Denique in medium de interpretandorum poëtarum maxime sacrorum ratione sententia nostra ejusque usus eo aptius vocabitur, quo magis judicia erudita, et, si contigerit, imitationem in caeteris hebraeis carminibus sacris ponendam ciere*) cupimus; non quo nobis indulgeatur, sed

*) Repetenda h. l. epistolae cujusdam recordatio ab eodem LUTHERO ad GEO. SPALATINUM anno Chr. MDXXIV° datae, qua et hunc ipsum et alios viros doctos et elegantes ad ψαλμοὺς in poësin germanicam populari illo modo vertendos excitat. (Quam, ut in operis communionem veniant invitationem jam sibi fieri putent, quibus et consilia nostra non displiceant et vires sic non male sacram ad rem conferri videantur.) Quae LUTHERI verba haec sunt: „*Ich bin Willens*, inquit, *nach dem Exempel der Propheten und alten Väter der Kirche deutsche Psalmen für's Volk zu machen, das ist geistliche Lieder, dass das Wort Gottes auch durch den Gesang unter den Leuten bleibe. Wir suchen also überall Poëten. Da Ihr nun der deutschen Sprache so mächtig und so beredt darinnen seyd, so bitte ich Euch, dass Ihr hierinnen mit uns Hand anleget, und einen von den Psalmen zu einem Gesange zu machen suchet, wie Ihr hier ein Muster habt. Ich wollte aber, dass die neuen Wörterchen vom Hofe wegblieben, damit die Worte alle nach dem Begriffe des Pöbels, ganz schlecht und gemein, doch aber rein und geschickt herauskämen, hernach auch der Verstand fein deutlich und nach des Psalmen Meinung*

quo in literas quum communes tum sacras emolumenti aliquid redundet.

Ad quod negotium nostrum periculo aliquo gerendum Nahumi libellum selegimus, non solum quod intra terminos nobis scriptos ille rite absolvi posset, sed magis quia hoc carmen hebraeae poëseos velut in nuce, ut ajunt, conclusae et variam formam et vivum argumentum*) praecise et exempli loco ante oculos ponit. — Quas vero in explicando oraculo sequendas putaverimus leges ex superiore disputatione nostra suspensae fere hae fuerunt. Inprimis ut *sensus* hebraeorum germanicis diligenter redderetur curavimus, ita quidem, ut non solum dictum dicto et verbum verbo, quam maxime licuit, convenienter et congruenter exprimeretur, sed etiam neque abesset quidquam neque superesset: quorum sicubi tamen alterutrum accidisse videatur, subjecti Commentarii causam dicent. Eadem opera illa vel in minimis ponenda fuit, quo, quem Grammatici dicunt, ne Articulus quidem,

---

gegeben werde. Ich habe nicht die Gabe, dass ich es so machen könnte, wie ich gern wollte. Darum will ich versuchen, ob Ihr etwa ein Heman, Assaph und Jedithun seyd. Eben darum wollte ich Joh. Doltzen *bitten, der auch gar reich und zierlich in Worten ist; jedoch insofern Ihr dazu Zeit habt, welche wohl jetzo nicht zureichen möchte. Ihr habt aber meine sieben Busspsalmen und Auslegungen, daraus Ihr den Verstand der Psalmen nehmen könnet; oder, wo ich Euch lieber den Psalm aufgeben soll, so kann der erste seyn: „Herr, höre mein Gebet.“* Joh. Doltzen *gebe ich den anderen auf: „Wohl dem, dem.“ „Aus der Tiefen“ habe ich schon übersetzt. „Erbarm' dich mein“ ist schon bei Jemand bestellt. Oder, wo diese zu schwer sind, so nehmet die zwei: „Ich will den Herrn loben allezeit“; ingleichen: „Frohlocket im Herrn“; oder Psalm* 103. *Antwortet mir, wessen ich mich zu Euch versehen soll. Gehabt Euch wohl im Herrn!“* — Quatenus vero illa quoque, qualem supra significavimus, diligentior hebraeorum vernacula interpretatio ad musicos numeros aptari et ita cantui adhiberi possit, ad judices id rejicimus harum artium peritiores.

*) „Ex omnibus minoribus — presse ait Lowth. l. l. p. 424. — nemo videtur aequare *sublimitatem, ardorem* et *audaces spiritus* Nahumi. Adde, quod ejus vaticinium integrum ac justum est poëma. *Exordium magnificum* est et plane *augustum; apparatus* ad excidium Ninevae ejusque *excidii descriptio* et amplificatio *ardentissimis coloribus* exprimitur et admirabilem habet evidentiam et pondus.“

ne frequentissimum ו quidem ullo in loco praetermitteretur, sive illud verba simpliciter copularet, sive conversionis esset ad alterutrum Tempus pertinentis: qua in re non omnes interpretes satis diligentes videmus fuisse. Ita vero poëticam nostram soluta LUTHERI interpretatione sensibus Prophetae propiorem confidimus esse evasuram. Ex eodem, quod primario loco fuit, accurate explicandi consilio porro manavit, quod etiam ordinem verborum, eumque hebraeo quam maxime congruenter directum, vel *εὐφωνίᾳ* et *ῥυθμῷ*, si aliter fieri non posset, anteponendum censuimus. — Quo toto autem in opere simul videndum fuit, ne forte *vernaculis* ullo modo vim adferremus, id quod e. c. EWALDO evenit, *τῷ γραμματικωτάτῳ*. At quis tandem, quamvis cautus et providus, Scyllam inter et Charybdim sine jactura navigabit et incolumis! — Denique, si germanicam interpretatio prae se fert faciem, *germanicae immutationi* quoque verborum *grammaticae* omni numero satisfaciendum esse putavimus: quare v. c. tum l. I, 7 *(a)* scribere non sustinuimus *am Drangsalstag* pro *D.-Tage*, quod per se prae longiore *am Tage der Beängstigung* placuisset, licet mutila decurtataque ista in forma hodie multi nescio quid liberale quaerant et deprehendant; tum vocalem literam exilem ibi demum ejici passi sumus, ubi vel pronunciatio ususque id fieri sinerent, vel, et in fine quidem vocabulorum, vocalis adspiratave litera sequeretur.

Deinde aliquantum operae in *ὁμοιοτέλευτον versuum terminationem* contulimus, de cujus ratione copiosius supra est actum. Quae ipsa res longe minoris fuisset laboris, nisi *mera*, quae vulgo pura nominantur, *ὁμοιοτέλευτα* exhiberi placuisset. *Ὁμοιοτέλευτα* vero germanica ea dicimus, quae pronunciatio et accurata et popularis plane aequalibus, excepto initio syllabarum, sonis vel effert*) vel pro argumentis certis efferre certe debet.

*) Contra in scriptionis testimonio ambigua est auctoritas. Sic voces *mühselig* et *allmälig*, ut quorum illud est ex *Sal*, hoc ex *Mal*, longe magis sibi concinunt, quam sibi verba *heben* et *geben*, siquidem prius ad imas vocales literas (*o, oe, u:* conf. v. c. *hob, höbe, Hub*), posterius vero ad *πλατειαζούσας* (*ae* et *a:* conf. v. c. *gäbe, gab, Gabe*) tendit vergitque, et inde recte ad similitudinem *segolatae*, quam ajunt, hebraeae formae (ut מֶלֶךְ, quod proprie מַלְךְ eoque nostris literis *maelekh* est) effertur. Vivae vero voci et serviunt et imperant *ὁμοιοτέλευτα*, quae, si recta sunt, pronunciationem corrigunt, sin minus, depravant.

Et in *virilibus* quidem, quae dicunt, ὁμοιοτελεύτοις vel plerumque singulae vel etiam ternae ultimae syllabae sibi concinunt, ut est I, 11 *(ab)*: *Schlechtigkeit* et *Ungerechtigkeit*; II, 13 *(cd)*: *Erbissenem* et *Zerrissenem*; III, 10 *(cd)*, quem versum *delabi* (Itali *verso sdrucciolo*) ajunt; contra in *muliebribus* semper binarum syllabarum pes ultimus ultimo pedi resonat: quorum ipsorum tum fortiorum tum infirmiorum ὁμοιοτελεύτων ordinem aurium gratia quam fieri potuit saepissime variavimus. — Quas ad quaestiones neque sine momento disceptatio accedat, annon, siquidem ὁμοιοτέλευτα germanica in hebraei παραλληλισμοῦ membrorum locum succedere oporteat, quodvis ὁμοιοτέλευτον *praecipuam* versus cujusvis *vocem* syllabamve efferre et alteri in imaginis sive ἠχοῦς modum sensu ut sono respondere debeat. Ita vero videtur. Attamen id ipsum tum pro linguae et hominis facultate difficilius tum supervacaneum foret. Aequales enim exitus versuum et ipsos integros versus videri aequare jam superiore aliquo in loco commemoravimus; unde optimi poëtae adeo longioris versuum seriei saepe solos extremos ὁμοιοτελεύτους esse voluerunt, quorum concentus in auribus haeret et auditores ita demulcet, ut nihil nisi ὁμοιοτέλευτον percepisse sibi videantur. Scilicet finis ornat opus. Quid quod perpetuitas ejusdem istius rationis invita ipsa παραλληλισμοῦ membrorum hebraei natura foret, ut quo potius sententiae sententiis quam vocabula per se vocabulis respondent, rarius parem in ordinem disposita*). Eadem de causa locupleti quoque, ut dicunt, quasique

In pronunciatione autem novis scripturae signis pressius imitanda quum multi et oleum et operam perdiderunt tum inprimis elaboravit saeculo XVII° conditor societatis, cui nomen *Rosenorden*, PHILIPPUS CAESIUS (i. e. *VON ZESEN*), qui scripsit scribique jussit v. c. *Mänsch*, *wärden* et quae sunt similia. At in emendandae scriptionis conatu eo subtilius est versandum, quo saepius in populi pronunciatione pariter atque in vetustae quin obsoletae scripturae tenebris verae verborum originis radices adhuc latent.

*) Ita, ut certe pauca identidem unius Nahumi exempla testimonii sint loco, *verba* παράλληλα in *locis non* παραλλήλοις infra leguntur: I, 3 *(cd)*: בְּסוּפָה (in fine sententiae) et בִּשְׂעָרָה (ab initio); 6 *(ab)*: לִפְנֵי זַעְמוֹ (ab initio) et בַּחֲרוֹן אַפּוֹ (in fine); 13: אֶשְׁבֹּר מֹטֵהוּ et מוֹסְרֹתַיִךְ אֲנַתֵּק (converso ordine); 14 *(cd)*: פֶּסֶל (in fine) et מַסֵּכָה (ab initio); II, 5 *(ab)*: בַּחוּצוֹת (ab initio) et בָּרְחֹבוֹת (in fine); *(cd:)* כַּלַּפִּידִים (ab initio) et כַּבְּרָקִים (in fine); 13 *(cd)*: טָרַף חֹרָיו et מְעֹנֹתָיו טְרֵפָה (converso ordine); III, 8 *(de)*: יָם (in fine) et מַיִם (ab initio).

nimio ὁμοιοτελεύτῳ, sive plane earundum literarum in terminationibus versuum iteratione religiosissime abstinendum fuit; quamvis ea iterato apud ipsum Prophetam hebraeo verbo satis superque defendi videretur, ut I, 4 *(cd)*: אֻמְלַל; II, 3 *(ab)*: גְּאוֹן־; 10 *(ab)*: בִּזּוֹ; III, 8 *(de)*: יָם et מַיִם; 15 *(de)*: הִתְכַּבֵּד et הִתְכַּבְּדִי. Caeterum in ipsa nostra interpretatione plurimos proposuimus locos, in quibus verba et ὁμοιοτέλευτα essent et παράλληλα*).

Quo in ὁμοιοτελεύτῳ germanicae hebraeorum carminum explicationi impertiendo fortasse et majore quidem cum vi dictorum acquiescendum fuisset; attamen etiam μέτρον aliquid velut ἐν ἐπιμέτρῳ versibus nostris adspergendum esse putavimus, ut ne ad eos inclinarent, qui a fustibus incondite concrepantibus malae notae nomen habent. Quantum vero Germanorum poësis, etiam varii ponderis syllabarum velut conscia facta, earum rationes deinceps elimavit, tanto ὁμοιοτελεύτου studium est imminutum. At hoc utrumque germanicis versibus adhiberi et potest et debet, postquam ὁμοιοτελεύτου habitui, innato nostrae poësi et insito, sensim etiam μέτρον ornamentum indui placuit et licuit; quamvis longe diligentius feliciusque id excolendum sit, quod natura nobis proprium et peculiare est, quam quod ab exteris mutuati sumus: siquidem nostra singularum literarum et syllabarum mensura perpetuo ex solo sensus cujusdam judicio pendebit neque unquam

---

*) Cujusmodi παραλληλισμόν membrorum ὁμοιοτέλευτον vide (coll. sup.) — A) συνώνυμον v. c. I, 4 *(cd)*: *abgeblüht* et *verglüht*; 7: [*festen*] *Ort* et *Hort*; 11: *Schlechtigkeit* et *Ungerechtigkeit*; II, 3 *(ab)*: *Herrlichkeit* et *Erhabenheit*; *(cd) ausgeleeret* et *verheeret*; conf. III, 15: *verzehren*, *verheeren*, *verzehren*; III, 2 *(ab)*: *Knall* et *Schall*; 15 *(cd)*: *dich vermehre* et *dich erschwere*; — B) ἀντίθετον v. c. I, 12 *(cd)*: *ich* et *dich*; II, 2: *Zersprenger* et *enger*; 9 *(cd)*: *stehet* et *drehet*; 14 *(ab)* ut III, 5 *(ab)*: *mich* et *dich*; III, 13: *Weiber* et *Treiber*; 17 *(cd)*: *gelegt* et *bewegt*; conf. 11 *(cd)*: [*festen*] *Ort* et *fort*; — C) σύνθετον v. c. I, 1: *Spruch* et *Buch*; 6: *stehen* et *aufgehen*; 13: *zerschmeissen* et *zerreissen*; II, 7: *erschlossen* et *zerflossen*; 8 *(ab)*: *aufgemacht* et [*Brandopfer*] *dargebracht*; *(cd) klagend* et [*sich*] *schlagend*; 14 *(cd)*: *Qualmen* et *zermalmen*; III, 1 *(cde)*: *Berückung* et *Unterdrückung* et *Zerstückung*; 3 *(cd)*: *Durchbohretem* et *Gefallenem*; 4 (conf. *ab*; *cd*): *Liebeleien* et *Zaubereien*; 10 *(cd)*: *Prächtigen et Mächtigen*; 16 *(cd)*: *zog et flog*; conf. I, 14 *(cd)*: *Schnitzelei'n* et *Giesserei'n*; II, 5 *(cd)*: *Angesichter* et *Lichter*; III, 14 *(ce) geh' et ausbessere*; 17 *(ab)*: *Zugheuschrecke* et [*Heck' auf*] *Hecke*.

velut geometricam Graecorum Romanorumque προσῳδίαν assequetur, ut quorum in μέτροις vernacula poëtica semper hospes erit et barbara. Neque tamen spernenda, imo augenda et honestanda est limatior illa variarum syllabarum nostrarum pronunciatio et quaedam repetitionis tum productarum tum correptarum regula. Qui autem plurimum naturales sunt germanicorum vocabulorum indeque in transferendis externis maximeque ob gravitatem suam etiam hebraeis carminibus fere in morem perducti, *Iamborum**) modos et hic tenendos putavimus, eosque tantum semel (III, 2 *a*) cum Choreo Trochaeove et quater (I, 13 *b*. II, 11 *b*. III, 2 *d*. 3 *a*) cum Dactylo, jubente id natura rei, commutavimus. Pares vero totidem cum pedibus versus eo vetiti sumus facere, quod interpretatio in alternis hebraeorum versibus longiusculis tanquam *pedis*sequa adhaerescere debuit. Neque vel in artificiosiore poëseos tum profanae tum sacrae structura omnes versus ὁμοιοτέλευτοι inter se aequales sunt; ut in ejus carminis, quod κατ' ἐξοχήν Cantionis *(Canzone)* vocabulo nuncupant, terminatione fieri solet antegressis στροφαῖς longe breviore, cui bellum nomen *vale dicentis (congedo,* vel *comiato,* vel etiam *ripresa).*

Quomodo autem singulos versus in singula sua membra jam ὁμοιοτέλευτα distribueremus, quamvis plerumque pateret, interdum tamen altius perspiciendum fuit. Et hic quidem, ut etiam in reliquis, magnam auctoritatem Hebraeorum Grammaticis tribuimus, qui ex tradendo *Masorethae* nominantur, et aetate et usu et sensu quum omnino tum in partitione praeclari illi, et interpunctione, sive conjunctio sit sive disjunctio, optimi explicationis duces. Ergo et nos fere semper incidimus versus, ubi distinctionis notas, maxime signa *Soph-Pasuk* (: ֽ) et *Athnach* (֑) itemque *Sakeph-katon* (֔) deprehenderemus, quod tamen ipsum derelinquendum fuit in ll. I, 10 (quem vid.) et 11., ubi in v. יֵצֵא sensus nondum perfectus est et absolutus (item conf. III, 12); add. III, 9 *(a)*. Contra etiam in plures particulas dividendi versus

*) Quos ut hanc ad rem aptos tum ipso usu tum verbis ita quidem commendavit Herderus (l. l. *Brr.* I. p. 172): *„Sie zu besänftigen, will ich Nichts weiter gesagt haben, als dass man doch wenigstens Sylbenmaasse in fremden Sprachen nehmen müsste, die den Parallelismus der hebr. Poësie nicht verzerren, sondern ebnen und schlichten, die ihm freundlich dienen und sanften, gefälligen Eingang in unser Ohr geben."*

visi sunt ac pro graviore ista Masorae significatione opus fuisset, ut in ll. I, 14 (*cde:* ubi vero moram, quam Pausam dicunt, longior vocabuli forma prodit); II, 2 (*a. c*); 4 (*a:* sed cum nota *R'bhia* [ ]); 8 (*a*); 9 (*d:* ubi mora item ex longiore verbo cognoscitur); 10 (*a*); 12 (*c*); III, 1 (*a*); 6 (*a*); 11 (*c*); 14 (*c. d*); 17 (*e*); 18 (*c*). Qua vero ipsa in re providimus, ut plura, quam Masoretharum sunt, nostra orationis membra ne cum iis jungeremus, quae ultra signa Soph-Pasuk et Athnach leguntur; a qua norma solus l. II, 9 dissentit, ubi alterius ἡμιστίχου proximam partem cum priore comparavimus, ut quod tum apud Masorethas quoque unum et integrum est, tum sensum complectitur isti membro maxime convenientem. — Videlicet incisis ita auctis aucta est opera in explicationem eorum conferenda, potissimum ubi τρίκωλα exstarent pariter παράλληλα atque ὁμοιοτέλευτα, ut in ll. I, 8; 9; 14 (*cde*); II, 2 (*cde*); III, 1 (*cde*); 5 (*cde*); 6; 8 (*abc*); 14 (*cde*); 15 (*abc*): in quibus omnibus παραλληλία est σύνθετος. Quae difficultas eo paullulum crevit, quod multis maximeque controversis in locis etiam variae et partitionis et lectionis germanicae optio danda esse videbatur. Denique eos solos versus voluimus esse ὁμοιοτελεύτους, qui proxime se sequerentur, quia alia ratio tum pro sacrae hebraeae poëseos aetate naturaque recentior contortiorque tum vix uni loco (I, 10., ubi vid.) accommodata esset, caeteroquin utique commendationem ab ea sententiarum distributione et concinnitate petitura illa, quam multis Hebraeorum carminibus, ut ψαλμοῖς, vindicavit inprimis Koesterus.

Restat, ut paucis de Commentario versibus subscripto praemoneatur. Σχολίων nomine illum diximus ut juventuti dicatum neque continuum. Qua in officii parte, praetermissis quae trita essent et ex aliis libris vulgatis facile depromi possent, id potissimum spectavimus, ut vernaculam interpretationem, maxime ubi a vulgari pervagataque recessit (ut inprimis I, 8 *ab*; 10 *abd*; 11 *a*; 14 *cd*; II, 2 *b*; 7; 8 *ab*; 9 *a*; III, 1 *e*; 3 *a*; 15 *d*), et defenderemus stabiliremusque et paullo pluribus absolveremus. Unde in ea inquirere extra causam fuit, quae ad genus tum historicum tum εἰςαγωγικόν pertinent, praesertim quum de oraculo agatur, cujus expositionem ex gestarum rerum fonte hauriendam et ad pietatis nutrimentum ducendam historicis commisimus et, quos dicunt, ἀσκηταῖς. Grammatica autem sicubi tractanda fuere, Grammaticorum propriis et quasi τεχνικοῖς verbis dicere debuimus.

Ad quos vernaculae explicationis vindices etiam *ἐξηγητικούς* commentarios passim et maxime tum quidem adjecimus, si ex superioris memoriae interpretum errore disci posset, de quibus autem, ut ne corpus libelli adaugeremus, frequentiorem mentionem non fecimus. — Assidue contra et vel ad singula verba Lutherum in comparationem adhibuimus, ut cujus explicatio non modo prima *vernacula* est sed etiam nostrae fundamentum*), et plurimum in *Ἐκκλησίᾳ* pollet; praeter illum vero graecos, quibus *Septuaginta* nomen est, interpretes**), quorum *antiquissima* interpretatio, accuratissima cum diligentia elaborata, tum hebraearum sententiarum intelligentiam eximie juvat, tum, sicubi in officio lapsi sunt, indagandis erroris causis animum jucunde acuit***), potissimumque vocalium consonantibus literis hebraeis adspergendarum scientiam exercet, deinde etiam Theologos futuros ad Novi Testamenti *ἰδίωμα* praeparat: unde horum *ἑλληνιστῶν* ad hebraeam lectionem adjungendorum juvenibus nostris et re et oratione nunquam non

*) Quae apud eundem Lutherum vi floret, antiquioris linguae et verba (ut I, 7 *b: Hort; 9 c: zwier;* 11 *b: rathschlagend;* 12 *d: fürder;* 13 *a: zerschmeissen;* II, 6 *c: jach;* III, 3 *b. c: Flitter* et *Glitter;* 10 *a: in's Elend ging; c: Prächtigen,* i. e. magnifici; 19 *a: Gebrecht*) et formas structurasque (ut I, 6 *c: gleich der Flammen;* II, 1 *d: die Gelübde dein;* item III, 14 *b;* 17 *ab;* II, 14 *c: von der Erden;* III, 12 *b: frühe; d: alsobald;* 13 *c: frisset;* 18 *d: Sammelung*) eo minus aegre tulimus, quo ad sacra sunt aptiores.

**) Ad eorundem LXX interpretum et Lutheri exemplum etiam, quod aliquoties legitur, nomen יְהֹוָה, pro quo Graeci illi *Κύριος*, usque quaque germanico vocabulo *Herr* expressimus. Item in reliquis quoque nominibus, quae ajunt, propriis reddendis formas servavimus, ut Lutherus, vir germanus et penes quem maxima in germanicis est auctoritas, praeivit, eademque germanico cum sono; quare suasimus lectionem v. c. *Nínive, Náhum, Élkos, Básan, Cármel, Líbanon;* de reliquis suo loco, maxime etiam III, 8. 9., dictum est.

***) Recte vero Christianus Reineccius in praef. libri: *Ἡ παλαιὰ διαθήκη κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα* (Lips. MDCCXXX), pp. 5. 6: „Multa ex istis naevis et mendis tribuenda sunt aetati, qua verterunt Interpretes, multa fortasse etiam Codicibus MSS., ex quibus verterunt, et multa denique oscitantiae et interpretum et scribarum, ne, quae injuria temporum in MSS.is exesa sunt et per alienos custodes perdita, memorem; attamen plura adhuc bona supersunt in hac Versione graeca, nec ea in interpretatione SS. Literarum et lectione Patrum carere sine multo incommodo possumus."

fuimus auctores. — Denique in describendis oraculi capitibus, quae singula facilioris perspicuitatis gratia separatim inscribenda fuerunt, ab initio libri plurimum debuimus usus Pronominis secundae personae aut virili aut muliebri genere suffixi (ut jam grammaticis utamur vocabulis) constantiae hac in re significanti, quam primi deprehendisse, eoque pluribus locis luminis aliquid attulisse nobis videmur, de qua copiosius infra potissimumque l. I, 11 diximus.

Sin erunt, qui judicent hoc opusculum nostrum, eos rogamus et oramus, ut et recentis, quam tractandam susceperimus, materiae et fortasse etiam, incommodae istius, in qua vero Nahumus nominis sui [נַחוּם] omen nobis suavissime probavit, valetudinis, itemque curtae in ruris requie et otio, ubi illa nos tenet, literarum supellectilis humanissime habeant rationem; quae vero inde secus esse notandaque videbuntur, veri gratia in locum eorum substituant meliora.

NAHUMI

ORACULUM.

CAP. I.

A) V. 1. Aufschrift:
Inhalt und Verfasser.

1. *Von Ninive ein Spruch*[1];
Der Offenbarung[2] *Nahum's, des von Elkos, Buch.*

B) VV. 2—6. Gottes schreckliche Majestät
wider Feinde (2. 3 *ab*); im Wetter (3 *cd*) und Wasser (4 *ab*), auf Berg' (4 *cd*. 5 *ab*) und Land' (5 *cd*), vor Herzen und Steinen (6).

2. *Ein*[1] *Gott*[1] *voll*[2] *Eifer*[2] *und ein Rächer ist der Herr,*
Ein Rächer[3] *ist der Herr und ein Gluthzorniger*[4];

I. 1. [1] מַשָּׂא] *quod fertur* (unde Luth.: *Diess ist die Last über*) et *effertur* (unde nos: *ein Spruch*); de *auferendo* LXX cogitasse videntur, qui vero ambigue: *Λῆμμα Νινευή.* — [2] חֲזוֹן־] patiendi objectique, ut ajunt, sensu; qui idem *visi divinitusve percepti* in nostra quoque voce subest. LXX: ὅρασις; liberius Luth.: *Weissagung.*

2. [1] אֵל] *appellativum*, quod dicunt, nomen, quia proprii sensu de Deo vero omnino rarum est vocabulum, cujus loco nostra in scriptione semper יְהוָֹה; *deinde* secundum versus membrum item bipartitum deprehenditur, ejusque sententiae item voce ו copulantur; *denique* regens prioris membri nomen יְהוָֹה aequaliter et in altero et in tertio totidemque praeposita voce נֹקֵם, quin ab utriusque ἡμιστιχου (ac.) etiam sequentis versus initio *eadem cum vi* repetitur. Unde etiam LXX: *θεός* (neque ὁ *θ.*), et Luth.: *ein Gott.* Caeterum principalem verbi אֵל notionem tuearis explicando: *Ein eifersücht'ger Starker.* — [2] *Voll* Piëlicae conformationi vocabuli קַנּוֹא] debetur; LXX: ζηλωτής; Luth.: *eifrig.* — [3] Quae iterata sententiae iteratio vehementer succensendi ulciscendique notionem vehementer urget. (Luth.: *ja.*) Qualem fortissimam fere ejusdem dicti repetitionem eoque gradationem vid. v. c. in שִׁירֵי הַמַּעֲלוֹת, ut Pss. CXXIII, 3. 4. CXXIV, 1. 2. — [4] חֵמָה] et *aestus* et flagrans *iracundia* est; quod voc. addito בַּעַל] notissima

Ein Rächer[3] *ist der Herr an*[5] *seine Widersacher,*
Und seinen Feinden tragend[6] *nach*[6] *er*[7].

3. *Der Herr ist lang*[1] *von Zorn*[1] *und von Vermögen gross*[2],
Und rein[3] *wird nie*[4] *er sprechen los*[3].

Der Herr im Sturmessausen[5]
Und seine Strass' im Wetterbrausen[5],
Und seiner Füsse Staub ein Wolkenkrausen[6].

Grammaticorum ex lege in Adjectivi nominis virile genus flectitur (conf. inf. III, 4 *b*); cujus loco LXX: *μετὰ θυμοῦ.* — [5] לְ], etiam vel voce *für* vel, ut inf., tertio casu reddi potuit; sensum secutus est Luth.: *wider;* liberius LXX: ἐκδικῶν — τοὺς ὑπεναντίους αὐτοῦ. — [6] נוֹטֵר] *servans* iram, cujus notio, si vel חֵמָה non praecessisset, Verbo item adhaerescit, ut nostro *(es einem) nachtragen:* vidd. Ps. CIII, 9. Ier. III, 5 (ubi illic רִיב, hic שָׁמַר respondet); add. Iob. X, 14., quo in loco aequaliter ac sequente nostro in versu additur לֹא נִקָּה. Caeterum sono ut sensu finitimum est נָצַר. Luth.: *der es seinen Feinden nicht vergessen wird;* nec tam contrario sensu, sive habito ad sequentem interpretationem suam μακρόθυμος (vid. inf.) respectu, LXX: ἐξαίρων, quam potius aucto, i. e. ἐξαιρῶν. — [7] הוּא] Luth. sup.: *der;* rectius LXX: αὐτός. — De argumento versus conff. Exod. XX, 5. Ps. XCIV, 1.

3. [1] אֶרֶךְ אַפַּיִם] nisi nusquam alibi non *tardus ira* (graece μακρόθυμος, ut apud LXX; nobis *langmüthig*, pro quo Luth. *geduldig)* esset, de *diutina ira* intelligere mallemus, tum superiore נוֹטֵר et reliquis Participiorum modis permoti tum maxime sequentis membri παραλληλισμῷ, caeteroquin ἀντιθέτῳ. — [2] גְדוֹל־כֹּחַ] Liberius et LXX: μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, et Luth.: *von grosser Kraft.* — [3] *Rein lossprechen* ex *duplicato* verbo נַקֵּה] (LXX: ἀθῷον ... ἀθωώσει), — [4] *nie* ex לֹא] *Futuro* cum tempore (coll. v. c. inf. III, 1 *e*) fluxit. Cui Piël eminere placeat, legat: *D. H. i. l. v. Z. und gross von Kraft, Und nimmer reine Reinsprechung er schafft.* Libere Luth.: *vor welchem Niemand unschuldig ist.* — Ad rem conf. Exod. XXXIV, 7. — [5] Ὀνοματοποίησιν παραλλήλων verborum סוּפָה] et שְׂעָרָה] similibus germanicorum vocabulorum sibilis imitati sumus (ut LXX altero loco: ἐν συσσεισμῷ), ad quae in secundo quidem rauca quoque litera accessit, eaque cum majore vocis, quae procellam turbinemve diripientem [*Windsbraut*] significat, interna vi congruens. Pro סוּפָה LXX, qui: ἐν συντελείᾳ, legerunt סוֹף vel סוּף. Aliter composuit verba Luth.: *Er ist der Herr, dess Wege im Wetter und Sturme sind.* — [6] In quo additamento *krausen* velut Tertium, quod philosophi dicunt, comparatae cum pulvere nubis ante oculos ponitur; cujus contrarium est nostrum *Staubwolke.* Deminutum vero vocabulum *kräuseln* frequentius quidem est, sed pro hoc loco infirmius. Contra *bipartitum* versum ita reddas: *Der Herr im Wetter und sein Weg im Stürmen, Und seiner Füsse Staub ein Wolkenthürmen:* quo adjecto *thürmen* non tam dictorum majestas exaggeretur quam potius provideatur, ut ne pulvis (quemadmodum apud Luth.: *unter seinen Füssen dicker Staub*), sed ut *nubes proprie* eaque collectivo, ut ajunt, sensu (pro *Gewölk*) accipiatur. Ita LXX: νεφέλαι, quod ipsum v. Νεφεληγερέτην in memoriam

4. [1]*Ein Scheltender im*[2] *Meer', und dürr'*[3] *er's brachte*[3],
Und alle Ström' er trocken[4] *machte*[4]*:*

[5] *Ab-*[6]*Basan ist und Carmel abgeblüht*[6],
Und Libanon's Gewächs[7] *verglüht*[6].

5. [1] *Gebirge*[2] *schauerten*[3] *vor*[4] *ihm von dannen*[4],
Und weg[4] *die Hügel auseinanderrannen*[5];

---

reducit. Illane vero de *fervido*, qui Orientis est, vento (coll. seqq.) intelligenda? Caeterum longe alia *θεοφάνεια* 1 Regg. XIX, 11. 12., ubi לֹא בָרוּחַ יְהוָֹה . . . לֹא בָרַעַשׁ יְהוָֹה . . . לֹא בָאֵשׁ יְהוָֹה וְאַחַר הָאֵשׁ קוֹל דְּמָמָה דַקָּה׃

4. [1] Idem Deus, qualis tempestate (vs. 3 *cde*), exsiccando (vs. 4) terribilis. — [2] בַּיָּם] *In aestu* marino divinum numen aestuare videatur. Liberius LXX: *ἀπειλῶν θαλάσσῃ*, et Luth.: *der das Meer schilt*. — [3] *Dürr brachte* pro Piël וַיַּבְּשֵׁהוּ] (id. q. וַיְיַבֵּב: conf. Thr. III, 33), — [4] *trocken machte* pro Hiph. הֶחֱרִיב] (LXX: *ἐξερημῶν*): qui uterque pariter ac Batanaeae et Carmeli Libanique (vid. inf.) deformitas ejusdem increpantis Dei effectus est: id quod paullo liberiore hac lectione significetur: *Er schalt darin und dörrte aus das Meer, Und alle Ström' er machte wasserleer.* — *Praesenti* tempore cum plerisque interpretibus haec omnia intellexit Luth. (conf. sup.): *der das Meer schilt und trocken macht, und alle Wasser vertrocknet;* id quod approbare vetamur certiore vs. 5ⁱ forma וְתִשָּׂא, ad quam uno tenore oratio procedit. Ad sensum loci conf. Exod. XIV, 21. — [5] Deficientibus humoribus (vid. sup.) et plantae pereunt. — [6] אֻמְלַל] (i. e. *exaruit;* Luth.: *verschmachten*) *bis* et ab initio quidem et in fine membrorum est, id quod *duobus* germanicis vocabulis sono sensuque *παραλλήλοις* reddi placuit, quorum alterum tabescentem ex calore colorem herbarum, easque ipsas siccitate perditas significat. Item duabus vocibus at liberius LXX: *ὠλιγώθη* et *ἐξέλιπε*. Quod vero illud ipsum vocabulum hebr. a principio membrorum est, id antegrediens germanici verbi Adverbium, idque deinceps suo loco repetitum, quodammodo compensabit. — [7] פֶּרַח] i. e. *quod viget*, sive vireat sive floreat; unde LXX: *τὰ ἐξανθοῦντα*, et Luth.: *was auf dem Berge Libanon blühet;* de quo Praesenti tempore vid sup.

5. [1] Neque ad Carmelum et Libanum (vid. vs. 4) solos divina illa rerum conversio pertinuit, sed ad alia quoque *edita* loca. — [2] הָרִים] Articulum Grammaticorum de suo praeposuerunt LXX: *τὰ ὄρη*, et Luth.: *die Berge*. — [3] רָעֲשׁוּ] i. e. *cum fremitu moti sunt;* *ὀνοματοποιΐαν* hebraeam nostro v. paullulum reddi licuit; neque male LXX: *ἐσείσθησαν*, et Luth.: *zittern*. — [4] מִמֶּנּוּ] i. e. non solum *ex* sive *auctore* Deo, sed simul etiam *ab* eo, quasi fugientes (cf. III, 7 *a*). Ita מִן cum *timendi* verbis saepissime; id quod et vulgari Lutherique *vor* et addito *von dannen* expressimus, quemadmodum et ipsum hebraeum voc. triplex est. Inde porro manavit in sequenti membro (conf. inf. vs. 6 *d*) *weg* et in tertio *vor s. A. . . von hinnen:* qua ipsa interpretatione *Διστίχῳ* utrique nova concinnitas conciliatur. Recte vero LXX utroque in loco *ἀπό*. — [5] הִתְמֹגָגוּ], cujus Kal מוּג *fluere* est, et, quod jam legi-

Und sich[7] *das Land*[8] *vor seinem Antlitz'*[9] *hob*[7] *von hinnen*[4],
Und sich[8] *die Welt*[9] *und alle Wohnende darinnen.*

6. *Zum*[1] *Angesichte*[1] *seines Grimmes Wer wird stehn!*
Und Wer in seines Zornes Hitz'[2] *aufgehn*[3]*!*

Sein Gluthzorn[4] *sich ergiesset*[5] *gleich der Flammen,*
Und stürzen[6] *weg*[7] *vor ihm die Felsen sich*[6] *zusammen*[6].

---

mus, Hithpal. *diffluere* (conf. inf. II, 7); Luth.: *zergehen;* minus diligenter LXX: ἐσαλεύθησαν. Neque vero ex ordine suo diversas in partes diffugisse colles dicuntur, sed eorum materia in agri planitiem quasi effusa et dejecta esse. — [6] Depressis editis locis *sublata* sunt *humilia:* in quo etiam gradatio, quam dicunt, a minore ad majus, i. e. a montibus collibusque ad terram et deinceps ad orbem terrarum. — [7] וַתִּשָּׂא] raro, ut h. l. et Iob. VI, 2., *se efferre.* LXX: ἀνεστάλη; liberius Luth.: *bebet.* — [8] הָאָרֶץ] Luth.: *das Erdreich;* vid. inf. — [9] מִפָּנָיו] i. e. *ab adversa ejus facie* (LXX: ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ); quam gradationem (coll. sup. מִפָּנָיו, ubi etiam de vv. *von hinnen* expositum est) deseruit Luth. interpretatus simpliciter et ut supra: *vor ihm.* — [8] *Sich* de vi verbi נָשָׂא ad hoc alterum membrum perducta leviter monet. — [9] תֵּבֵל] recte et LXX: ἡ σύμπασα, et Luth.: *der Weltkreis.* — *Tripartiti* vero versus, ad cujus sensum conff. v. c. Ps. XCVII, 5. Ier. IV, 24., hanc facimus copiam: *Weg schauerten vor ihm Gebirge, und die Hügel stoben, Und ward das Land vor seinem Angesichte weg gehoben, Und weg die Welt und alle die drin woben:* quod ultimum vocabulum, licet durius videatur, in oculis tamen ponit quicquid in terra supra et subter *versatur* (conff. vv. רָמַשׂ, רֶמֶשׂ, et שָׁרַץ).

6. [1] לִפְנֵי] i. e. *versus* vultum. Aliter et ut supra LXX: ἀπὸ προσώπου, et Luth.: *vor.* — [2] בַּחֲרוֹן אַפּוֹ] Apud nos verbum pro verbo; LXX: ἐν ὀργῇ θυμοῦ αὐτοῦ; uno vocabulo Luth.: *in seinem Grimme.* An vero אַף et superius פָּנִים παράλληλα? — [3] יָקוּם] Quamvis קוּם interdum sit *resistere*, et קָם *adversarius*, ut LXX h. l. ἀντιστήσεται; tamen *surgendi* notionem hic tenendam esse docet παράλληλον יַעֲמוֹד (pro quo LXX: ὑποστήσεται); quod utrumque voc. propter מִי bis praepositum rhetorice *oppositi* i. e. *supplicationis* sensum complectitur. *Optandi* modum in utroque Futuro illo tempore haud male deprehendit Luth.: *wer kann (mag) ... stehen! und wer kann ... bleiben!* quod ipsum v. parum forte est. — Caeterum cui magis sensum quam ὁμοιοτελεύτου rationem urgeri placeat, pro *aufgehn* explicet: *erstehn!* Item, at mutato ordine verborum, legi possit: *Wer stehen wird zum Angesichte seiner Wuth! Und wer aufstehn in seines Zornes Gluth!* — [4] Vid. sup. vs. 24. — [5] נִתְּכָה] negligentius Luth.: *brennt.* Pro נִתְּכָה הָאֵשׁ LXX: τήκει ἀρχάς, quos inde vel נָתַךְ הָרָאשׁ vel נִתְּכָה רֹאשׁ legisse suspiceris. — [6] נִתְּצוּ] *Destruuntur: sich* ob Niph., ut sup.; LXX: διεθρύβησαν; Luth.: *zerspringen.* — [7] Vid. sup. vs. 5[4]. — At si vel saxa disrupta dejiciuntur, מִי יַעֲמוֹד et מִי יָקוּם!

C) VV. 7—14. **Sein Schutz und Trutz,**
erretiend die Seinen (7. 9 *c.* 11. 12 *cd.* 13), zerschmetternd (8. 9 *ab.* 10. 12. 14)
die Gewalt (12 *ab.* 13) der Frevler (11. 14).

7. *Gut*[1] *ist der Herr, am Tage der Beängstigung*[2] *zu festem Ort'*[3],
Und kennend[4] *er die Suchenden in ihm den Hort*[5];

8. *Und in Ergusse*[1] *ziehend quer*[2],
All[3] *machen dessen Ort*[4] *wird er,*
Und hinter[5] *seinen Feinden jagen*[5] *Dunkel her*[5].

---

7. Acerrimus ille Deus *erga suos benignus*, adversarius contra adversarios. Ista vero oppositio sententiarum tam subita est, ut solis radium aequiparet per caecas tempestatis tenebras repente effusum.— [1] טוֹב] Bene LXX: *χρηστός*, et Luth.: *gütig*. — [2] בְּיוֹם צָרָה] Nos ad verbum; quandoquidem צָרָה a צוּר *angendo* est: conf. inf. vs. 9 *Drangsal.* LXX: *ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως*; libere Luth.: *zur Zeit der Noth.* — [3] לְמָעוֹז] quod ex עָזַז *robustum* s. *fortem esse;* unde, praeposito מ *loci,* nomen *locum firmum* munitumve (nobis *feste Burg* s. *Veste* s. *Festung;* francogall. *fort* vel *forteresse*) significat, in quem *confugi* possit (conf. seq. חֹסֵי בוֹ): quare supra pro *zu festem Ort'* etiam scribi potuit: *zum Zufluchtsort'*. LXX Abstractum, quae dicuntur, pro Concreto intellexerunt et v. ad hominem, quin ad *homines* sic retulerunt: *τοῖς ὑπομένουσιν αὐτόν*,—*παραλλήλῳ* isto חֹסֵי בוֹ sine dubio permoti. — [4] יוֹדֵעַ] Item LXX: *γινώσκων*; contra finito, ut ajunt, verbo *kennt* Luth. — [5] חֹסֵי בוֹ] i. e. proprie: ad eum *confugientes in eo*que perstantes velut in *arce,* quae ipsa antiquiore nostro verbo *Hort* indicatur, de quo vid. v. c. Luth. Ps. LXXI, 3. XVIII, 3. LXX: *οἱ εὐλαβούμενοι αὐτόν*; Luth.: *Die, so auf ihn trauen.* Denique superiora nostra verba ita invertere possis: *G. i. d. H., a. T. d. B. zum Hort', U. k. e. d. S. i. i. den Zufluchtsort;* vel etiam totum locum sic convertere: *G. i. d. H., a. T. d. B. zum Trutz'* (de quo voc. vid. Luth. v. c. Jer. XLVIII, 2., coll. 1), *U. k. e. die in ihm suchen Schutz. Tripartitus* autem, qualis apud Masorethas est, versus paullo durius hoc modo transferatur: *Gut ist der Herr, Am Tage der Beängstigung zur Festung er, Und Kenner Zuflucht in ihm Suchender.*

8. Neque solum praesidio isto suo suos Deus *defendet*, sed etiam *fugando* adversarios. — [1] בְּשֶׁטֶף] LXX bene: *ἐν κατακλυσμῷ*. Ita vero ad vs. 3 redire vates putetur. — [2] עֹבֵר] ad nomen in seq. v. יַעֲשֶׂה latens pertinet, i. e. ad Deum, qui in effusione imbris ut ejus auctor inest; neque e. c. cum Luth. (qui libere: *wenn die Fluth überherläuft*) ad שֶׁטֶף referendum, quam vocem *feminei*, ut dicunt, generis esse testatur seq. מְקוֹמָהּ (vid. inf.). Obscure LXX: *ἐν κατακλυσμῷ πορείας*. — [3] כָּלָה יַעֲשֶׂה] Verbum pro verbo reddidimus (conf. כֹּל); LXX: *συντέλειαν ποιήσεται*; Luth. l. Neh. XIX, 31 optime: *Garaus machen.* Sensus est: *desertum faciet* locum; contrarius autem h. l. apud eundem Luth., qui fluctus *piis* hominibus (vid. sup. vs. 7) instantes agnovit: *so macht er es mit derselbigen ein Ende; aber...* — [4] מְקוֹמָהּ], ex שֶׁטֶף pendens (vid. sup.), item locum, quem aquae illa effusio pervaserit, designat eumque, coll. seqq., *hostilem.* Ad

9. *Was werdet an*[1] *den Herrn aussinnen*[2] *ihr?*
„All machend"[3] *ist*[4] *Der*[4] *hier*[4]*!*
Nicht wird erstehen[5] *Drangsal*[6] *zwier*[7].

Nineven Suffixum Pron. facillime quidem sed durius tamen ducitur, siquidem et illius mentio h. l. nimis subita fuerit, et alium hujus formae hoc in Capite usum fieri infra vs. 11 videbimus. LXX מְקוֹמָם (i. e. Pylal, sensu *obstantis: sich auflehnend*) legisse videntur, idque sequentibus sic adjunxere: τοὺς ἐπεγειρομένους καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. — [5] יְרַדֶּף־] In *Piël* etiam *causam* deprehendimus, siquidem duo Accusativi Casus sequuntur, quorum prior ex sensu, alter ex forma verbi suspensus est (Luth.: *seine Feinde verfolgt er mit Finsterniss*). Contra plerique tantummodo *adauctum* ejusdem verbi (i. e. *insectandi*) sensum reddiderunt, quibus inde חֹשֶׁךְ regens nomen fuit; ut LXX: διώξεται σκότος. Tantum igitur abest, ut Deus in eo acquiescat quod adversariorum domicilium tempestate everterit eosque fugarit, ut fugatos metus et miseriarum caligine tanquam nubium nocte porro insequatur. Caeterum *bipartitus* versus ita fortasse conformetur: *Und ziehend fort in Fluth all machen ihren Ort wird er, Und hinter seinen Feinden jagen Dunkel her; quadripartitum* autem ita: *Und in Ergusse ziehend fort, All machen wird er dessen Ort, Und hinter seinen Feinden her Wird jagen Dunkel er.*

9. Ex communi, quale adhuc fuit, argumento jam ad *singularia* maximeque per ἀποστροφάς deflectit oratio, quarum prima Plurali, reliquae vero Singulari Numero proponuntur. — [1] אֶל־] *versum* et, ut h. l., *adversum;* LXX: ἐπὶ τὸν κ.; Luth.: *wider.* — [3] תְּחַשְּׁבוּן] Ita, quae in Piël inest, majorem vim verbi expressimus. Aliter inf. vs. 11 Kal. Futurum tempus neglexerunt LXX et Luth., qui: λογίζεσθε et *gedenket.* — [3] כָּלָה עֹשֶׂה] quo eadem verba, quae sup. vs. 8 fuerunt, de industria respici repetique patet; unde etiam interpretes superiorem quisque suam explicationem, quin LXX Futurum illud tempus suum tenuerunt: συντ. ποιήσεται, quos imitatus est Luth.: *er wird es doch ein Ende machen.* Participii vero modus divinae actionis *perpetuitatem* quasi depingit. — [4] הוּא] et verbum quod substantivum nominant in se concludit et δεικτικῶς dicitur, quo aeque *ist hier,* ut h. l., ac *war dort,* ut inf. II, 12 reddi potuit. — [5] תָקוּם] *exoriendi* sensu et *sublati.* Luth. simpliciter *kommen;* LXX: ἐκδικήσει ἐν θλίψει (itane ex verbo נָקַם, coll. sup. vs. 1?). — [6] צָרָה] *Calamitas* (vid. sup. vs. 7), neque Assyriorum, semel et in perpetuum quidem conficiendorum, sed eorundem illa, quae supra vs. 7 *a.* eodem vocabulo dicta est; quamvis utraque haec sententia tandem sic sibi conveniat, tam afflictum iri adversarios, ut *ne denuo clientes Dei* sint *sollicitaturi:* id quod et παραλληλισμῷ membrorum et sequenti vs. כִּי וגו׳ respondet. Add. inf. II, 1 *c.* — [7] פַּעֲמַיִם] *bis:* nos item uno voc., obsoleto quidem illo, quod vero apud Luth. est v. c. Luc. XVIII, 12: *ich faste zwier in der Woche.* Pluribus LXX: δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. Caeterum supra sic quoque explicari possit: *Was werdet an den Herrn erdenken ihr in List?* (conf. sup. Pi. תְּחַשְּׁבוּן) *„All machend" Jener ist! Nicht wird erstehn Beängstigung zu zweiter Frist;* ex tripartito autem hebr. versu *quadripartitus* erui, si ultimum hoc membrum forte in duas particulas ita dividatur: *Nicht wird erstehn zwei Mal — Drangsal.*

10. *Denn wirr[1] gleich[2] Dorngeflecht'[3],*
— Und wie sie zechen[4] ausgezecht[5],
Verzehret[6] werden sie, wie trocknes Stoppelgras
— Voll Maass[7].

---

10. [1] סְבֻכִים] ad סִירִים cum Luth. (*Dornen, so noch ineinander wachsen*) referremus, et quasi *implicatorum* dumorum instar homines istos perdendos intelligeremus (*gleich verworr'nem Dorngeflecht'*), nisi *παράλληλον* סְבוּאִים eosdem ad *homines* pertineret. At neutrius sententiae *sensus* secum differt. Possit vero *implicati* notio, quae simplicitas est hebraei sermonis, non *naturam* adversariorum, neque externam (conf. inf. Luth.) neque internam illam, significare, sed tantummodo perfectam dumeti et hominum *aequationem*, e qua *fortuna* quoque utrorumque aequalis sit secutura. Ita e. c. Kimchi., qui „Accidet illis, inquit, quod spinis perplexis et implicatis, quas quum solvere non potest agricola simul omnes in ignem conjicit; futurum est, ut simul omnes neci dedantur.“ Neque tamen de tam desidioso vocabuli (סְבַךְ) otio nobis persuademus, quod potius inferiori סָבְאָם ita respondere putamus, ut hoc *temulentum*, illud vero *confusum* animo hominem, utrumque igitur pariter *mentis non compotem* dicat, siquidem impietas insania maxima est (Ps. XIV, 1 seqq.). Aequaliter autem implicatos et dumos et homines aequale exitium manet, i. e. אֻכְּלוּ (vid. inf.). — [2] עַד] proprie *usque* eo, dum *aequentur;* conf. inf. כְּקַשׁ. — [3] סִירִים] Nostro *Dorngeflecht* tum Pluralis Numerus reddi, tum addito סְבֻכִים responderi, tum omnino sententiae intelligentia juvari videbatur. Caeterum *aridos* cogitandos esse dumos istos, et rei natura (conf. אֻכְּלוּ) docet et *παράλληλον* כְּקַשׁ יָבֵשׁ. Secus Luth., vid. inf. — [4] כְּסָבְאָם] (qui Infinitivus modus est) i. e. *congruenter potui suo,* eique *immoderato,* indeque Deo et divinis rebus infestissimo: de quo *calice* vid. inf. III, 11. Jer. LI, 7. XXV, 15 seqq. Jes. LI, 22. Apoc. XVIII, 3. XIV, 10. XVI, 19. XVIII, 6: *ἐν τῷ ποτηρίῳ, ᾧ ἐκέρασε, κεράσατε αὐτῇ διπλοῦν:* ubi item *peccandi luendi*que poenas peccatorum notio argute componitur. — [5] סְבוּאִים] i. e. *potati* sive *absorpti:* id quod translato quidem *eodem (conficiendi)* sensu est, quo inf. אֻכְּלוּ; unde utrumque v. et in hebrr. et apud nos sibi proximum est. Aliter alii interpretes, quorum plerique: *ut potu* vel *vino* (e סֹבֶא) *suo poti* sive *ebrii,* „qui (ex ejusdem Kimchii interpretatione) sua sponte et nemine impellente concidunt; nam prorsus viribus destituuntur.“ Ita vero in hebraeis potius כְּבִסְבָאָם legendum fuisset, in germanicis autem: *Und wie sie selbst gezecht, bezecht;* cui vero explicationi tum sententiarum *παραλληλία* tum linguae hebr. ratio adversetur, quae illum passivae, ut ajunt, formae סָבוּא usum ullo proposito exemplo vindicare non potest. Ut supra סְבֻכִים, ita nunc etiam סְבוּאִים cum toto membro ad סִירִים transduxit Luth.: *(Dornen so noch . . .) im bessten Safte sind:* quales vero dumi minime omnium *cremantur,* ut idem ille v. אֻכְּלוּ *(verbrannt werden)* interpretatus est. [Caeterum in v. סָבָא eadem *ὀνοματοποιΐα*, quae in nostro *saufen;* conf. etiam *schlürfen.*] — [6] אֻכְּלוּ], de cujus translato sensu eoque ad superius v. סְבוּאִים optime *παραλλήλῳ* vid. sup. Licet autem vocabulum proprie in sup. סִירִים et in inf. קַשׁ quadret, ejus tamen forma totius versus tum *Subjectum* adversariorum *nomen* tum *finitum verbum* continetur, cujus officio in

(An die fromme Schaar[1].)

11. ***Von dir[1] zieht aus[2] der ob[3] dem Herrn sinnt[4] Schlechtigkeit, Rathschlagend[5] Ungerechtigkeit[6].***

---

secundo membro סְבוּאִים λογικῶς quidem neque etiam γραμματικῶς fungitur. — [7] מָלֵא] h. l. Adverbium est (*plene* s. *plane; völlig:* conf. v. c. Jer. XII, 6. IV, 5), quod jam ad אֻכְּלוּ, ut Maurer., jam ad יָבֵשׁ retulerunt, ut LXX (καλάμη ξηρασίας μεστή) et Luth. (*ganz dürres Stroh*). Nonne vero, quemadmodum tertio primum, ita quarto hoc membro secundum respici possit; sic quidem, ut illic arida aridis, hic humidis humida concinne respondeant? Ita Assyrii animo confusi cum dumeto igni consumendo iidemque temulenti exhauriendo cum calice *pleno* comparentur. Quod ut melius intelligeretur, et supra *ausgezecht*, et hoc loco *voll Maass* scripsimus, siquidem tum pleni mensuraeque notiones apte cohaerent, tum sic Adverbii forma non male exprimi videtur, tum etiam reliquae explanationes hanc vocem facillime ferant. Quod autem ita quartum adspersimus membrum, id aeque secundo consentiat, ac tertium priori. Caeterum mirum quam aliena est hujus versus explicatio apud LXX: ὅτι ἕως θεμελίου αὐτοῦ χερσωθήσεται· καὶ ὡς σμῖλαξ περιπλεκομένη βρωθήσεται, καὶ ὡς καλάμη κ. τ. λ., sive ordinem et conjunctionem verborum spectemus sive nominum Numerum et significationem, in qua maxime יָסַד et quae inde ducuntur verborum lectio videtur subesse.

11. [1] מִמֵּךְ] Ad *quam* oratio ita convertatur, id tum ex sensu verbi יָצָא tum aliunde pendet. Atqui duo maxime sunt, qui a Nahumo *nomine* appellentur: יְהוּדָה II, 1 *c*, et מֶלֶךְ אַשּׁוּר III, 18., quorum alter alterave animo Prophetae obversari censenda, ubi simplici ἀποστροφῇ vel virilis vel muliebris generis utitur, neque aliae causae alia suadent (vid. II, 6 seqq.). Quod singularum ἀποστροφῶν rite explicandarum principium eo stabilitur, quod loci quidam *natura* sua certo vel ad Judam, quasi dilectam Dei filiam (ut I, 12 *cd*. 13; coll. II, 1 *cd*), vel ad Assyrium praepotentem pertinent (ut I, 14. II, 2 *cde*; coll. III, 18., maxime etiam II, 6 *a*), quorum illi ex Masoretharum quidem eaque vulgari lectione muliebri genere hi autem virili concepti sunt. Unde jam facilius et de superiore (vs. 8) מְקוֹמָהּ et de eo verbo judicabitur, quod h. l. legitur, — [2] יָצָא] i. e. non: ex te, *Nineve* vel Assyria, *ortus est (Von dir ging aus;* conf. Luth.: *Also wird seyn ... der von dir kommt)*, sed potius: ex te, *Juda*, egreditur (LXX egredietur: ἐξελεύσεται, i. e. יֵצֵא), sive *ab eo liberaris*. Sic vero affirmatione idem dicatur, quod negatione propositum est sup. vs. 9: לֹא־תָקוּם פַּעֲמַיִם צָרָה, et magis inf. II, 1 (ubi adeo idem v. בְּלִיַּעַל): לֹא יוֹסִיף עוֹד לַעֲבוֹר־בָּךְ בְּלִיַּעַל. — [3] עַל־] E sensu recte LXX: κατὰ τοῦ κ., et Luth. *wider*. — [4] חֹשֵׁב], (de quo v. cf. sup. vs. 9). Participium, quum interponantur verba עַל־יְהוָה ideoque רָעָה quarto Casu intelligendum sit, Verbi neque Substantivi nominis vim habet (alioquin scripsissemus: *Ein Rath der Ungerechtigkeit*); abstracti vero sensu apud LXX est, qui: λογισμός, eique voci parum scite subjunxerunt πονηρά. Eadem illa ratio est παραλλήλου — [5] יֹעֵץ], quod item Verbi Participium neque Nominis Statum Constructum esse putamus. Item LXX: βουλευόμενος ἐναντία. — [6] בְּלִיָּעַל] abstracto sensu accipiendum esse potissimum Fraehn. (Curae in Nah.) docuit. LXX vid. sup.; Luth.: *Böses*, qui autem transferendo toto hoc in loco libere sic versatus est: — *der Schalksrath, der von dir kommt und Böses wider den Herrn gedenket.*

12. *So spricht der Herr*[1] *: ob unversehret*[2] *sie und so*[3]
viel ihrer sey[4],
Und so gemähet[5] *werden sie und ist's vorbei*[6].

Und habe dich gedrücket[7] *ich,*
Nicht werd' ich fürder[8] *drücken*[7] *dich;*

13. *Und werde nun*[1] *sein*[2] *Joch*[3] *von dir herab*[4] *zerschmeissen*[5],
Und deine Fesseln[6] *zerreissen*[7].

(An den Widersacher.)

14. *Und es hat über dich*[1] *der Herr Befehl gethan*[2] *:*
Nicht wird von[3] *deinem Namen werden ausgesät*[4] *fortan*[5].

---

12. [1] Recte Rosenmuellerus: „Quum vix credibile videretur, munitissimam, opulentissimam, populosissimam urbem, regnum potentissimum et florentissimum everti; haec contra inquit, quantumcunque rebus omnibus ex voto abundent sintque cunctis iis, quae ad bellum gerendum requiri possunt, instructissimi, nihilominus certo futurum, ut Jovana potentia facillime exscindantur.“ LXX: *Τάδε λέγει κ.* — [2] שְׁלֵמִים] *integri;* perperam Luth : *gerüstet.* Caeterum eadem haec iisdem Judaeis (vid. vs. 11; inf. membra *cd.*) igiturque *de* Assyriis promulgantur. — [3] וְכֵן] utcunque explicatur (Luth.: *so . . . als sie wollen*), cum eadem insequentis membri voce aliquam cognationem habet. — [4] De qua germanica vv. structura vid. v. c. Luth. III, 17. Ps. III, 2: *wie ist meiner Feinde so viel* (hebr.: מָה־רַבּוּ צָרָי). — [5] נָגוֹזּוּ] גָּזַז *(tondere)* jam ad *immutatam messis* orationem referendum videtur, ut Horat. Ep. II, 2, 178 seq.: *metit* Orcus Grandia cum parvis. (Luth.: *sollen umgehauen werden;* obscurius LXX: *διασταλήσονται.*) — [6] עָבָר] impersonaliter, ut ajunt, cum Hesselbergo explicandum, quo sensu est nostrum: *es ist vorbei* s. *vorüber;* neque ad *ἐναλλαγήν* Numeri confugi licet, quamvis in complurium verborum fine neutiquam raram. LXX, qui a prioris *ἡμιστίχου* initio: *κύριος κατάρχων ὑδάτων πολλῶν*, pro אם שְׁלֵמִים legerunt מֹשֵׁל מַיִם. — [7] Luth.: *demüthigen.* Pro Piel עִנָּה] (i. e. *adversari*) LXX intellexerunt Kal עָנָה *respondere*, quod penes Deum signum *τοῦ ἀκούεσθαι*; unde illi: *καὶ ἡ ἀκοή σου οὐκ ἐνακουσθήσεται ἔτι.* — [8] עוֹד] LXX sup.: *ἔτι*; Luth.: *wiederum.*

13. [1] עַתָּה] LXX: *νῦν*; minus diligenter Luth.: *alsdann.* — [2] I. e. jugum *ab isto* (Assyrio) impositum; unde Luth. libere: *sein Joch, das du trägst.* — [3] מֹטֵהוּ] (מוֹט id. q. מוֹטָה.) LXX: *τὴν ῥάβδον αὐτοῦ*; unde מַטֵּהוּ legerunt. — [4] מֵעָלָיִךְ], cujus mediam partem praetermiserunt LXX: *ἀπό σου*; Luth. vid. sup. — [5] אֲשַׁבֵּר] LXX: *συντρίψω.* — [6] מוֹסְרֹתַיִךְ], cujus origo quod ad formam attinet יָסַר est, quod sensum אָסַר. Luth.: *deine Bande;* LXX: *τοὺς δεσμούς* (*σου* desideratur). — [7] אֲנַתֵּק] Nostra formae Piel interpretatio eadem est apud Luth.; LXX: *διαῤῥήξω.* Denique iambi *μέτρον* de industria hic deseri vid. Praef.; quo *rumpendi impetus* etiam *ῥυθμῷ* designetur. Cui secus videatur, legat: *ich zerreissen.*

14. [1] עָלֶיךָ] ad *alium* eumque *adversarium* (Assyrium) haec dirigi, tum *virilis* generis forma (vid. sup. vs. 11 [1]) significat tum haec ipsa *novae* orationis divinae *inducendae* formula. Sic vero huc et

Aus deinem Götterhaus'[6] ausrotten[7] werd' ich Schnitzelei'n[8],
Und machen[9] ich zu deinem Grabe[10] Giesserei'n[11]:
Weil du geachtet worden klein[12].

---

illuc faciem vertentem videas divinum interpretem, eumque his minantem audias, illos consolantem. Item infra. Caeterum עַל, in quo *imminentis* ex imperante *summo* Deo fati notio subest, apud LUTH. (coll. sup.): *wider;* LXX: περί. — [2] צִוָּה] LXX Futuro tempore: ἐντελεῖται; recte LUTH.: *hat geboten.* — [3] מִן] nominis potius partem *disseminandamve memoriam* (conf. antiquissimum מָן; LXX: ἐκ) significat, quam *sobolem* propagandam (יִזָּרַע; conf. זֶרַע; quare LUTH.: *deines Namens keiner soll bleiben*). — [4] יִזָּרַע] vid. sup. [3]; LXX: σπαρήσεται. — [5] Itidem עוֹד], itidemque LXX: ἔτι, et LUTH.: *mehr.* — [6] מִבֵּית אֱלֹהֶיךָ] i. e. *ex domo deorum* (nam de εἰδωλολάτραις disseritur) *tua;* neque *dei tui,* ut apud LXX (ἐξ οἴκου θεοῦ σου), et LUTH. (*vom Hause deines Gottes*). — [7] אַכְרִית] *excidam*, s. *demoliar;* quae *Hiphil.* forma inprimis etiam de rebus ad εἰδωλολατρείαν pertinentibus usurpatur: vid. v. c. Mich. V, 12. I Sam. XXVIII, 9. LXX: ἐξολοθρεύσω; LUTH. nobiscum quidem interpretatus de suo tamen addidit *dich,* eoque פֶּסֶל ad seqq. (vid. inf.) retulit. Evertenda vero illa videntur una cum destruenda Nineves urbe. — [8] פֶּסֶל] *sculptum;* collectivo, ut dicunt, sensu nobiscum intellexere LXX (τὰ γλυπτά), idemque quum *contemtim* de sculptis deorum *simulacris* dicatur, LUTH. adeo reddidit: *die Götzen;* quae ipsa despectionis notio etiam in nostro *Schnitzelei'n,* ut in παραλλήλῳ *Giesserei'n*, subest. — [9] אָשִׂים] LXX: θήσομαι, quod maxime apud Homer. item (coll. v. c. Ps. XXXIX, 9) cum duplice Accusativo Casu eodem *constituendi* sensu est. — [10] קִבְרֶךָ] (quae longior forma moram versus hic esse arguit; vid. Praefat.) Recte LXX: ταφήν σου; libere LUTH.: *dir zum Grabe.* Optime autem ROSENMUELLERUS h. l.: „Ipsum templum erit tibi sepulchrum, ut nec *locus* nec *dii* te servare possint, sed *inter ruinas eorum sepeliaris.*" — [11] מַסֵּכָה] *ex aere fusum* (a נָסַךְ fundendo), quod, ut sup. פֶּסֶל, item collect. sensu (LXX: χωνευτά), itemque contemtim de deorum idolis dicitur; unde item LUTH.: *die Bilder.* Omnes vero, quos nos meminimus, interpretes id verbum cum superiore isto פֶּסֶל conjunxerunt eoque plerumque superiori illi membro impertiverunt. Atque ita bipartitum quidem versum fortasse ita reddas: *A. d. G. a. w. i. Schnitz- und Gussgestalten; Zu deinem Grabe werde machen ich's: denn du bist leicht gehalten* (vid. inf.). Sed ad sequens potius idque παράλληλον membrum vox referenda videtur, quia partim ad superius פֶּסֶל (de cujus loco conf. Praefat.) eximie παράλληλον est, partim etiam quod sine illo vocabulo sequentia altero, quem sibi poscit v. שׂוּם (vid. sup.), Accusativo egerent, alioquin ex superioribus repetendo. Paullulum similiter LUTH., qui vero nimium (vid. sup.) huc duxit. — [12] קַלּוֹתָ] ut saepissime, (proprie *levem esse,* vel *putari*, i. e.) *parvi* pendi s. *aestimari:* id quod non sine aliquo superioris (vs. 14 *b*) שָׁם respectu est. (LUTH.: *denn du bist zu Nichte geworden.*) Contrarium constat esse כבד (vid. III, 10 *c*). LXX: ὅτι ταχεῖς; unde legerunt קַלּוֹת, idque videntur retulisse ad seq. (II, 1) רַגְלֵי (*leichtfüssig;* conf. v. c. II Sam. II, 18. Am. II, 14. 15).

CAP. II.

Triumph

VV. 1—6. Jūda's (1 *ab*. 3) über die feindselige Ninive (1 *cd*. 3 *cd*), durch —

A) Belagerung (2)

von schauerlich-schöner Heeresmacht (4 *abd*) mit Streitwagen (4 *c*. 5), ohne Entsatz (6 *ab*) und mit Berennung (6 *cd*).

1. *Sieh! auf den Bergen*[1] *Heilsheroldes*[2] *Füsse*[3],
Verkündend[4] *Friedensgrüsse*[5]:

Begehe[6], *Juda, deine Feierreih'n*[6]!
Bezahle[7] *die Gelübde dein*[8]!

II. 1. Hic primus secundi Capitis versus, quo nova oratio inducitur, apud LXX novissimus est prioris; quare per totum Cap. II. ibidem tantum 13 versus leguntur, et singulorum quidem numerus uno minor est quam vulgaribus in libris. — [1] עַל־הֶהָרִים] i. e. non solum „in verticibus montium, ut MAURERUS ait, Assyriam inter et Judaeam interjectorum", sed etiam per Judaeae juga, ut ex quibus clarior est vociferatio. Vid. plane eadem verba Jes. LII, 7. Caeterum *cursus* significatio apud LXX: *ἐπὶ τὰ ὄρη* i. e. *über die Berge hin*; conf. inf. III, 18; LUTH. addidit *kommen*. — [2] מְבַשֵּׂר] optime LXX: *εὐαγγελιζομένου*; LUTH.: *eines guten Botens*. Qualia nuncientur, subsequentia declarant. — [3] רַגְלֵי] LXX: *οἱ πόδες*. Talem vero constat Orientis esse (h. l. cursantium) picturam. — [4] מַשְׁמִיעַ] superius מְבַשֵּׂר explicat ad idque *παράλληλον* est. LXX: (*καὶ*) *ἀπαγγέλλοντος*; LUTH.: *der da predigt*. — [5] שָׁלוֹם] *pacem* confecta ex Nineve confectam. Quod vero *Grüsse* adspersimus, id tum uberius superiori מַשְׁמִיעַ respondet nunciique argumentum exprimit, tum vocabuli שָׁלוֹם in *salutatione* frequentissimi usum in memoriam reducit. Qui vero dissentiant, duriore cum *ὁμοιοτελεύτῳ* legant: *S. a. d. B. Füsse des Heilsbotschafters, des Friedenskündigers*. — Quae proxime sequuntur, ipsius illius nuncii verba videntur esse, et propter interjectam quidem יְהוּדָה appellationem; quin etiam ordo sententiarum alioquin alius foret. — [6] חַגִּי חַגַּיִךְ] In quo utriusque vocabuli origo inest, חָגַג proprie *in gyrum versari*, deinde in orbem *saltare*, denique saltando omninoque *festos* dies *celebrare* significat. Qua in notione ita quidem constitimus, ut etiam ad mediam concretam, ut ajunt, illam (*Reih'n* pro *Reigen*) respectum haberemus. Jejunius LUTH.: *halte deine Feiertage*; LXX: *ἑόρταζε τὰς ἑορτάς σου*. — [7] שַׁלְּמִי] de reddendis solvendisve votis; item LUTH.: *(und) bezahle*; LXX: *ἀπόδος*. Conf. Ps. L, 14. — [8] Ita Hebraeorum Suffixum Pronomen (נְדָרָיִךְ), quin Graecorum quoque ra-

Denn nicht wird einziehn [9] *mehr* [10] *in dir* [9] *das Unrecht* [11] *wieder* [10];
Ganz [12] *wird gestürzt* [13] *es* [14] *nieder* [13].

2. *Es zog herauf* [1] *ob* [2] *deinem* [3] *Angesichte* [3] *der Zersprenger* [4]:
Umschränket [5] *wird von Schanzwall'* [5] *eng* [5] *er.*

---

tionem (τὰς εὐχάς σου LXX) exprimi placuit; conf. inf. III, 14 *b*. 17 *ab*. Vota vero de pace ista Assyriorumque clade cogitentur facta esse. — [9] לַעֲבוֹר (vel לַעֲבָר־)] v. plane oppositum superiori (I, 11) יָצָא (*ausziehn*); add. quod h. l. subjungitur — בָּךְ]; contra LXX: διελθεῖν διὰ σοῦ, et Luth.: *über dich kommen*. — [10] Duplicem hebr. notionem יוֹסִיף עוֹד] duplice voce reddidimus; item LXX: (οὐ μὴ) προςθήσωσιν ἔτι; simpliciter *mehr* Luth. — [11] בְּלִיַּעַל] idem v. eodem sensu l. l. I, 11 fuit. Luth.: *der Schalk*; LXX: εἰς παλαίωσιν. — [12] כֻּלֹּה] vel pro כֻּלּוֹ, vel, quod malimus, modus Infinit. Pyal (sensu: confectum esse), isque, ut saepissime, Adverbii loco (nostri *ganz*, Lutherive *gar*). Item Verbum neque Nomen in literis LXX deprehenderunt, qui: συντετέλεσται. — [13] נִכְרָת] optime Luth.: *ist ausgerottet* (conf. sup. I, 14 *c*); LXX: ἐξῆρται. — [14] I. e. בְּלִיַּעַל, quo Nineven significari sup. l. l. vid. Caeterum haec ipsa verba sequentium aditum patefaciunt.

2. [1] עָלָה] Luth.: *wird heraufziehen*; rectius LXX: ἀνέβη. Cum edita vero Hierosolymorum urbe (vid. inf.) verbum illud, ut in Novo Testamento ἀναβαίνειν, optime convenit. Cohaeret cum eo — [2] עַל־], quo hostem ex monte aggereve portis urbis (conf. inf. פָּנַיִךְ) impendentem videas. LXX: εἰς πρόσωπόν σου; Luth.: *wider dich*. — [3] פָּנַיִךְ] Quae *facies* sit urbis, vid. paullo sup. Neque vero est quod antiquiorum judaeorumque interpretum sententiam deseramus, Suffixum Pronomen ad eandem, quae modo dicta est, Judam referentium. Add. quae sup. l. I, 11 de ἀποστροφαῖς vel muliebris vel virilis generis disputavimus. An vero rerum a Judaeis et Assyriis gestarum historia sententiae isti adversatur? — [4] מֵפִיץ] (e פוּץ et *conterere* et *dissipari*) *qui dispulit* vi urbis moenia et opes et incolas, diversissimas in regiones abductos. Luth.: *der Zerstreuer*; LXX: ἐμφυσῶν. — [5] נָצוֹר מְצוּרָה] Prius vocabulum pro verbi נָצַר (i. e. *custodire*) *Part. Pass.* [נָצוּר] duxerunt LXX: (ἐξαιρούμενος ἐκ θλίψεως), alii vero plerique interpretes pro ejusdem Infinitivo modo, qui eadem cum vi, qua insequentes Imperativi, et hoc quidem sensu dicatur: „custodiendum est munimentum" (Maurer.). Quamvis autem id in ista insequentia optime quadrare videatur, tamen παραλληλίαν male turbat, partim quod deinceps ter Imperativus, nunc vero Infinitivus legitur; partim etiam quod primum versus membrum ita altero suo παραλλήλῳ membro careret. Sed longe gravius est, quod vocabulum subjunctum — מְצוּרָה], *vallum* sive *agger*, non oppugnatarum urbium sed *oppugnantium* exercituum est (unde nos: *Schanzwall*): vid. Jes. XXIX, 3., plane ut brevius מָצוֹר, v. c. Deut. XX, 20. Ez. IV, 2. Mich. IV, 14. Atqui quum utrumque hoc nomen a verbo צוּר, i. e. *angere*, repetendum sit, optima h. l. evadit *agnominatio*, qualis frequentissima in hebraeis, praepositi istius vocabuli — נָצוֹר, quae *Niphal* forma est, ex *eadem illa origine* ducenda, et cum nomine suo absolute, ut dicunt, cohaeret. Unde

(An den bedrängten Dränger[6].)
Den Weg[7] *nimm wahr*[8]*!*
Spann' ein[9] *das Hüftenpaar*[10]*!*
Die Mannskraft[11] *stärke*[12] *gar*[13]*!*

3. *Denn*[1] *her*[2] *der Herr stellt*[2] *Jakob's*[3] *Herrlichkeit*[4]*,*
Wie Israël's Erhabenheit[4]*:*

---

acutissima haec sententiarum oppositio s. ἀντίθετος membrorum παραλληλισμός: obsessor iste jam obsidetur; s. qui dissipavit jam coercetur et constringitur. Quam ἀντίθεσιν nostrum ὁμοιοτέλευτον (vid. Praefat.) aeque imitatur ac παρονομασίαν illam nostra dictio: *umschr än ket — eng*, qua etiam gravissima *angendi* notio penitus exhauriatur. Longe aliter Luth.: *und wird die Veste belagern.* — Caeterum hoc versus membro velut a muliebri ἀποστροφῇ *(a.)* ad *virilem (c.)* sive a Juda ad Nineven transitur. Quod contra pro defendenda adversariorum interpretum, muliebre illud Suffixum Pron. ad Nineven ducentium, sententia Maurerus dixit: „expugnator imminet *urbi*, et qui jubetur custodire arcem, observare viam, cingere lumbos caet., est urbis *incola*, Assyrius", id argutius quam verius esse facile agnoscitur. — [6] De quo mutato in ἀποστροφῇ sexu, ad Assyrium nunc pertinente, vid. sup. Haec autem illa est, quam diximus, subita Prophetae conversio, jam consolando minantis, jam minando consolantis. Sic extenso quasi in Orientem versus brachio vel „εἰρωνικῶς, ut Rosenmuellerus monet, Ninevitas ad urbem defendendam excitat"; vel vigilias et aliam eorum praeparationem irridet. Quare Luth. praeposuit: *Aber ja!* cujus loco et esse possit: vel *ja — nur*, vel *auf!* — [7] דָּרֶךְ:] LXX: ὁδόν; Luth.: *die Strasse:* i. e. viam, „qua hostes venturi sint" (Maurer.). — [8] צַפֵּה] LXX: σκόπευσον; Luth: *berenne wohl*, i. e. decurre viam, ut *speculeris hostem*, nec vero auxilia. Kal *circumspicere* significat. — [9] חַזֵּק] Quum חָזַק proprie *constringere* sit, eo facilius potuit Piel, ubi de circumdando gladii *cingulo* dicitur, germanico illo vocabulo reddi. Conf. Jes. XXII, 21. LXX: κράτησον (ὀσφύος); libere Luth.: *rüste dich auf's Beste.* — [10] *Paar* Dualem hebr. Numerum reddit (cf. III, 9*b*). — [11] כֹּחַ] sensu graeci ἴς; optime LXX: ἄνδρισαι τῇ ἰσχύι, quo simul exprimitur — [12] אַמֵּץ] Luth.: *stärke dich!* Ita vero utrique *roborandi* illud hebr. v. idque Piel. forma dictum *reflexo* sensu, quemadmodum licuit, indeque כֹּחַ ut quartum eumque absolutum Casum accepisse videntur. — [13] מְאֹד] LXX: σφόδρα; Luth.: *auf's Gewaltigste.* — Caeterum trium horum παραλλήλων membrorum sic quoque explicandorum facimus potestatem: *Den Weg beobachte! Die Hüften einspanne! Die Kraft recht festige!*

3. [1] *Adversariorum* illa pernicie simul Judae Israëlique Deus satisfacit. — [2] שָׁב] verbum transitivo in integrum *restituendi* sensu tum aliis in locis (e. c. Ps. LXXXV, 5) est, tum maxime in certis loquendi formulis, ut שׁוּב שְׁבוּת. LXX: ἐπέστρεψε; Luth.: *wird vergelten.* Durius autem vox h. l. pro *redeundo* additumque אֶת־ pro *cum* accipiatur. — [3] יַעֲקֹב] tantum h. l. et Obad. 17. 18 ex *oppositione Israëlis* pro יְהוּדָה est, cujus loco posterioribus sacris in libris etiam יִשְׂרָאֵל. — [4] גְּאוֹן־] ex גאה. LXX ὕβρις et Lutheri *Hoffart* a totius loci ar-

Weil Leerer[5] *sie*[6] *geleeret*[5],
Und ihr[6] *Gerank*[7] *verheeret*[8].

4. ***Es ist der Wehrschild***[1] ***seiner***[2] ***Starken***[2] ***rothgemacht***[3];
Die Heeresmannen[4] ***sind in Scharlachtracht***[5];

---

gumentatione abhorret; potius, ut saepe (vid. v. c. Ps. XLVII, 5. Jer. XIII, 9), majestas *(Hoheit)* designatur. — [5] בֹּקְקִים בֹּקְקִים] Utriusque verbi origo בָּקַק *vastare* significat et h. quidem l. plurimis interpretibus *incolis spoliare* (conf. inf. vs. 11); LXX: *ἐκτινάσσοντες ἐξετίναξαν αὐτούς*; Luth. vid. inf. — [6] Suffixa Pronomina ם — et inf. הֶם — utrumque illum i. e. Jacobum et Israëlem complectuntur. — [7] זְמֹרֵיהֶם]. Quum זְמוֹרָה proprie *pampinus* s. frons sit, LXX h. l.: *τὰ κλήματα*, et Luth.: *Fäser*. Quam significationem vel cum Maurero proprie tenere possis, cui „palmites quum vastasse dicuntur hostes, meton. dicuntur vastasse terram“: vel cum plerisque de flore et copia adeoque sobole singularum populi gentium accipere. Imago vero illa Lutherum permovisse videtur, ut ad eam etiam sup. v. בָּקַק sic aptaret: *Ableser werden sie ablesen (und ihre Fäser verderben)*. — [8] שִׁחֵתוּ] LXX: *διέφθειραν*; Luth. vid. sup. Quodsi porro ad *pampinorum imaginem* istam respectum haberi placeat, praetereundum esse non videtur, quod idem verbum item de *vitibus vineaque* Jer. XII, 10 legitur, quacum sacram terram v. c. Jes. V, 1 seqq. Jer. VIII, 13. Ps. LXXX, 9 seqq. Marc. XII, 1 seqq. comparari constat.

4. Quorum adventum Propheta Assyrios speculari modo jusserat, hi jam *conspiciuntur*. — [1] מָגֵן] ex גָּנַן *tueri:* unde nostrum *Wehrschild*, idque simul ex oppositione *τῶν ὅπλων* (LXX); Luth.: *die Schilde*. — [2] גִּבֹּרֵיהוּ] Nobiscum Luth.; LXX: *δυναστείας αὐτῶν*. Contra Singularis Numeri Suffixum Pron. poëticum (pro גִּבּוֹרָיו) non ad מֵפִיץ (vs. 2), sed ad propiorem (vs. 3) Deum pertinet, quo quasi imperatore Assyriorum hostes stipendia merentur. Conf. Jes. XIII, 3. — [3] מְאָדָּם] Nostrum *gemacht* ex forma Pyal fluxit; simpliciter Luth.: *roth*. Ita vero clypeus non aere coriove rutilo obductus dicitur, neque cruore oblitus, ut cujus color ex pristina caede potius fuscus esset neque eminus fulgeret nec terreret, sed potius rubris pigmentis tinctus, qualis, ut coccinea saga (eaque h. l. *παράλληλα*; vid. inf., coll. Praefat.), terribilis est adspectu et militari negotio maxime conveniens. Add. Val. Max. II, 6: „ad dissimulandum et occultandum vulnerum suorum cruorem poenicis in proelio tunicis utebantur, non ne ipsis adspectus ejus terrorem, sed ne hostibus fiduciae aliquid afferret.“ — [4] אַנְשֵׁי־חַיִל] Nos verbum pro verbo; חַיִל vero pro *opibus* (LXX: *ἄνδρες δυνατοί*), etiam *bellicis;* Luth. *Heersvolk*. — [5] מְתֻלָּעִים] *Cocco* s. coccineo *colore* imbuti, i. e. coccineo *vestitu* purpuravé (*φοινικίδι*) induti; quo, coll. sup., ad ostentandam ferocitatem Orientis milites adhuc conteguntur; unde nos: *in* (quod etiam in seq. בְּאֵשׁ quadrat) *Scharlachtracht*. Quamvis vero coccum paullo propius ad rosarum ruborem accedat, tamen istud vocabulum ut Germanis usitatius praetulimus. Ultra progressus est Luth., qui: *siehet wie Purpur*. Cur LXX (*ἐμπαίζοντας ἐν πυρί*, seq. בְּאֵשׁ huc transduxerint, difficile dicatur.

In Stahlesgluth[6] *der Wagenzug*[7] *— am Tage, da er's wird anheben*[8] *—,*
Und schwank[9] *die Tannenlanzen*[10] *beben*[9].

5. *Die*[1] *Wagen*[1] *werden in den Wegen*[2] *rasen*[3];
Sie werden schwirren[4] *in den Strassen*[5];

---

[6] בְּאֵשׁ־פְּלָדֹת] Quum פְּלָדָה ferrum vel chalybs sit, אֵשׁ de aeris *fulgore* velut igneo intelligendum est (conf. inf. vs. 5 *d*. III, 3 *bc*); unde recte Luth.: *leuchten wie Feuer*. Currus vero (vid. inf.), ex quibus splendoris hujus radii vibrant, vel omnino *ferrati* sunt (conf. Judd. I, 19 רֶכֶב בַּרְזֶל), vel *falcati* (de quibus vid. Xenoph. Anab. I, 8, 10. Curt. IV, 9. Liv. XXXVII, 41), vel in quibus *armati milites* vehuntur: id quod propter Plur. Num. פְּלָדוֹת placeat; LXX: *αἱ ἡνίαι* (*τῶν ἁρμάτων*). — [7] הָרֶכֶב] *collect*. sensu: vid. vs. seq. Quare nos: *der Wagenzug*; ut LXX: *τὰ ἅρματα*, et Luth.: *seine Wagen*. De covinis v. explicari posse vid. supra. — [8] בְּיוֹם הֲכִינוֹ] i. e. qua *die ille* (Deus) non solum currus *parabit* sive in acie collocabit (Maurer.), sed ea omnia tum superiora tum sequentia (i. e. illud *'s*) evenire jubebit. Nos ad verbum habitoque ad alterius vocis originem (כון) respectu: *anheben* (vel *anrichten*, vid. inf.); similiter LXX: *ἐν ἡμέρᾳ ἑτοιμασίας αὐτοῦ*; simpliciter Luth.: *wenn er treffen will*. — [9] הָרְעָלוּ] *conquassantur* vel *contremiscunt*. Sic accelerantium militum lanceas (vid. inf.) emlnus alteque huc et illuc commotas cernere nobis videmur. Inde nostrum *beben* (quod apud Luth. unicum est) *schwank*, pro quo etiam *hin und her* esse possit; LXX: *θορυβηθήσονται*. Quo cum v. optime conveniunt — [10] הַבְּרוֹשִׁים] *abietes pinive* vel *lanceae* ex abiete pinove factae. Item v. c. *μελίη* saepissime apud Hom., abies ap. Virg. (Aen. VI, 667); conf. Ovid. Met. V, 143. XII, 324. Luth.: *ihre Spiesse*. LXX, qui legerunt הַפָּרָשִׁים: *οἱ ἱππεῖς*. — Denique pro illis *ὁμοιοτελεύτοις* etiam haec (vid. sup.) offerimus: *I. St G. d. WZ. a. T. d. e.'s w. anrichten, U. beben schwank die Lanzenfichten*.

5. [1] הָרֶכֶב] itidem (vid. sup.) collect. sensu; unde etiam Verborum Plur. Num. — [2] בַּחוּצוֹת] i. e. *in viis* extrinsecus (coll. חוּץ *foris*) ad urbem circaque ducentibus: vid. inf. *παράλληλον* בָּרְחֹבוֹת et sup. vs. 2 *c*. Quare minus placet Maureri „in campis", contra quod conf. inf. III, 18 *c*.; minus Luth.: *auf den Gassen*, siquidem de obsessa neque de capta urbe dicitur. Recte vero LXX: *ἐν ταῖς ὁδοῖς*, nisi quod haec verba ad 4tum vs. adjunxerunt. — [3] יִתְהוֹלְלוּ] verbi Kal *stultum esse* significat, Hithpoël *insanire* vel *furere*; quod h. l. de *vehementissimo* et velut furibundo curruum *cursu* item est ac Jer. XLVI, 9. LXX: *συγχυθήσονται*; Luth.: *werden rollen* (in quo litera *l* aeque et in hebr. bene duplicatur). — [4] יִשְׁתַּקְשְׁקוּן] שָׁקַק *vagari* est; Hithpalpel nostro illo v. item *ὀνοματοποιητικῷ* recte reddi videtur, siquidem verborum duarum literarum (ut h. l. ע״ע) forma Pilpel de *motu rapide iterato* usurpatur (vid. v. c. Gesen. Gr. §. 54). Luth.: *rasseln*; LXX: *συμπλακηθήσονται*. — [5] בָּרְחֹבוֹת] Cum vocabuli רְחוֹב significatione tum principali tum inde ducta plane conspirat *platea* (*πλατεῖα*, quod ipsum apud LXX est): Luth.: *auf den Strassen*; Maurer., quo sibi constaret (vid. sup.): „per areas."

Gleichwie die[6] *Fackeln*[6] *ihre*[7] *Angesichter*[7]:
Einher[8] *sie werden fahren*[8] *wie die Blitzeslichter*[9].
6. *An seine Edlen*[1] *denken*[2] *wird er*[2] *drin*[2]:
In ihren Gängen[3] *schwanken*[4] *werden sie dahin*[4].

---

6 כַּלַּפִּידִם] Qui apud LXX et LUTH. abest, Articulum in comparatione rerum neque sine sua vi Hebraeis vulgarem esse, vix est quod doceatur. (Item LXX, aliter LUTH. versati inf. sunt in explicanda voce כַּבְּרָקִים.) Caeterum qui in hebr., iidem soni in graeco *λαμπάδες* (*πυρός*, ut apud LXX) insunt. — 7 מַרְאֵיהֶן], cujus Suffixum Pron. pertinere non potest ad רֶכֶב, ut quod virilis sexus esse Verba addita satis arguunt; item MAURERI de „*rebus*, quibus fulgent currus" interpretatio parum facilis. *Platearum* potius adspectus dicitur, quae vero nisi *ex curribus fulgentibus* non fulgent; earundemque facies de eo intelligenda est, quo et cernuntur et velut ipsae cernunt (LXX: *ἡ ὅρασις αὐτῶν*; LUTH.: *sie blicken*; conf. etiam germ. *Aussehen*). Ita autem *varius vagusque splendor* ille cum micante quasique praestringente oculorum acie pariter optime confertur, atque *Plurali* vocabuli Numero *frequentia singula*que fulgura ante oculos sunt. Add. inf. כַּבְּרָקִים. — 8 יְרוֹצֵצוּ] possit quidem a רָצַץ *(contundi)* esse; at fulgurum imago minus in eversione quam in subito fulgore posita est; quare potius Pilel verbi רוּץ legimus, quae forma iterationis quoque vagandive vim habet; unde nos: *einherfahren* (LUTH.: *f. unter einander her)*: cujus loco fortasse *zucken* scripsissemus, nisi *fahren* etiam curribus accommodatius esset. Caeterum *currus* (vid. sup.) sunt, qui discurrunt, neque בְּרָקִים (vid. inf.), ut apud LXX, qui *ὡς ἀστραπαὶ διατρέχουσαι* scripserunt eoque v. *ἀσυνδέτως* acceperunt. — 9 כַּבְּרָקִים] LXX: *ὡς ἀστραπαί*; LUTH.: *wie die Blitze*. Fulgura vero cum fulgore curruum subito vagoque, quin oculorum aciem praestringente aptissime comparari, modo vidimus. Qua ipsa de causa etiam *Blitzeslichter* (pro vulgari *Blitzstrahlen*, similibus) eodem subjici placuit modo, quo v. c. *Streiflichter*, *Irrlichter*, similia, dicimus. Conf. inf. III, 3 *b*. — Denique totus versus egregius est et jam sonis suis terribilis apud LUTH. ita: *Die Wagen rollen auf den Gassen, Und rasseln auf den Strassen; Sie blicken wie Fackeln, Und fahren unter einander her wie die Blitze.*

6. 1 אַדִּירָיו] *Principes*, qui *pro rege* in provinciis imperandi potestatem habent; item inf. III, 18 *b*. LXX: *οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ*; LUTH.: *seine Gewaltigen*. — 2 יִזְכֹּר] *recordabitur*, atque idem quidem ille, qui adhuc *virili* genere dictus est, *Assyrius*, maxime vero, ut cui nobiles illi *proprii* sint, *Rex*, Nineves imperator: vid. l. l. III, 18. Ita autem subito orationem ab oppugnatoribus, qui extra, ad oppugnatum regem, qui *intra* urbem sit, *converti* quo facilius intelligeretur, ex re esse visum est subjuncto v. *drin* significare; cujus loco LUTH. praeposuit *Er aber*. Id qui nolint, legant: *A. s. E. d. w. e. wieder: I. i. G. sch. w. s. danieder*; vel: *A. s. E. wird gedenken* (ita LUTH.) *Er*, *Hinschwanken werden sie in ihren Märschen her* (vid. inf.). Recte autem recordationem istam de *auxiliorum desiderio* et exspectatione explicant. LXX haud incommodo sensu: *καὶ μνησθήσονται*; unde vel יִזְכְּרוּ legerunt vel אַדִּירָיו *quemvis* principum interpretati sunt. Sin *Deum*, ut omnium harum rerum auctorem, esse statuamus, qui ducum suorum (conf. sup. vs. 4 *a*) meminerit, aliter locum esse explicandum vid. inf. — 3 בַּהֲלִיכוֹתָם] i. e. *in incedendi* vel *actu (Maerschen:*

Berennen[5] *werden sie*[5] *von ihr*[6] *die Mauer*[6] *jach*[5],
Und aufgerichtet[7] *werden wird das Ansturmdach*[8].

ut Masorethae, qui Singulari Num. בַּהֲלִיכָתָם), vel *locis* sive *in viis suis* (conf. Provv. XXXI, 27), quibus *omni ex parte singuli* ad urbem defendendam accelerent. Contra de *urbanis* defensoribus prae studio inter cursum lapsis v. intellexit e. c. Luth.: *Doch werden dieselbigen fallen, wo sie hinaus wollen.* — Quodsi Deus ille sit, qui suos recordetur (vid. sup.), v. הֲלִיכוֹת de oppugnantium vel ordinibus militaribus vel fossis transversis (*Laufgräben*, francogall. *tranchées*) ad moenia urbis admotis intelligatur. Ita vero — [4] יִכָּשְׁלוּ] de sola *vacillandi specie* diceretur, cujus rei exemplum non suppetit, utrumque autem versus membrum (coll. sup.) fortasse ita explicandum foret: *An seine Edlen wird er denken: Sie werden sich in ihren Gängen schwenken.* Contra potius יִכָּשְׁלוּ (cujus Fut. Kal non exstat) proprie accipiatur: *lababunt* s. *labentur*, i. e. cum copiis suis, dum ad urbem ex obsidione liberandam accurrunt, ab hoste excepti *prosternentur* s. *caedentur.* — LXX interpretes pluribus verbis usi sunt: καὶ φεύξονται ἡμέρας καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν τῇ πορείᾳ αὐτῶν. Quum ultima verba κ. ἀσθ. ἐν τ. π. αὐτ. hebraea יִכָּשְׁלוּ בַּהֲלִיכָתָם referant, conjecerimus inferiora verba hebrr. יְמַהֲרוּ חוֹמָתָהּ *bis* translata esse, ac semel quidem recte: καὶ σπεύσουσιν ἐπὶ τὰ τείχη αὐτῆς, a *prima* vero manu falso et loco et sensu: καὶ φεύξονται (pro יְמַהֲרוּ) ἡμέρας (pro חוֹמָתָהּ, quod cum יוֹמָם commutatum esse videatur). Ita autem interpretationis graecae a *pluribus* auctoribus, qui se *deinceps* secuti sint, compositae suspicio (coll. III,8 *a*) augeatur. — [5] יְמַהֲרוּ]. Visum quidem est superioribus (*ab.*) in membris Subjectum, quod ajunt, mutatum esse et orationis argumentum ab hoste ad oppidanum se contulisse (vid. sup.); re autem vera sive λογικῶς tantummodo auxilia *item extra* urbem ab oppugnatoribus trucidata commemorata sunt: unde in eo ne offendatur, quod jam γραμματικῶς iidem, qui superioribus in versibus, i. e. *oppugnatores* dicuntur. *Alium* vero esse, qui recordatus sit (vid. sup.), et *alios*, qui jam ad moenia properent, id etiam diverso Verbi *Numero* significatur, qui illic Singularis fuit, jam vero Pluralis est. Quod autem ad *sensum* verbi, cum *Accusativo* Casu conjuncti, attinet, aptius germanicum voc. non novimus, quam quod in locum istius substituimus idque item bellicum *berennen* (conf. *Sturm laufen*); cui ipsi, ut ne praecipitis *celeritatis* prae *aggrediendi* notione periret, adspersimus *jach.* Qui vero supervacanei aliquid in eo odorentur, legant: *Angreifen w. s. v. i. d. M. jach.* — [6] חוֹמָתָהּ] *murus ejus* i. e. Urbis; unde in significandis *Assyriorum* partibus oratio ab hoc inde loco in *muliebre* genus, quo Hebraeis urbes dicuntur, deflectenda fuit (coll. etiam in fine hujus Cap. II. vs. 14 *f.*); id quod factum esse ut notaremus, minus ambigue *von ihr* (pro *ihre*) scribere maluimus. *Assyrii* vero murus profecto male se haberet. Loci, quem dicunt, Accusativum (ה—ָ) in voce deprehendit v. c. Luth.: *werden eilen zu der Mauer.* LXX vid. sup. — [7] וְהֻכַן] cum ו *conv. Praet.*, coll. *sup.* Fut. יְמַהֲרוּ. Sensus: *et erigetur* s. *exstruetur;* qua ipsa tollendi notione eorum opinio profligatur, qui הַסֹּכֵךְ de cuniculis in moenia versus actis explicant. Quodsi militum in paranda testudine consumtum *laborem* et *effectum* urgeri non placeat, etiam ita legere possis (coll. gr. ἀνίστατο et ἀνέστη): *Und auferstehen wird;* sin ו illud conv. praetermittatur et res coram Propheta jam gestae cogitentur, ita: *B. w. s. v. i. die Mauerwand, Und auf das Ansturmdach erstand.* LXX: καὶ ἑτοιμάσουσι. — [8] הַסֹּכֵךְ]

B) VV. 7—11. Eroberung (8 *a*)
durch Ueberschwemmung (7), mit Verbrennung (8 *b*), Misshandlung (8 *cd*) und Flucht der Einwohnerschaft (9), Plünderung (10), Verödung (11 *a*) und Aengstigung (11 *cde*).

7. *Der Ströme*[1] *Pforten*[1] *sind erschlossen*[2]
Und der Palast[3] *zerflossen*[4].

8. *Und fest steht's*[1]: *Sie*[2] *wird aufgemacht*[3],
Wird ein Brandopfer[4] *dargebracht*[4].

---

proprie *tector* (unde Hitzigius, qui et hunc et insequentem versum de defensione urbis accepit, *praesidium militare* propugnatorum urbis intellexit); deinde, ut h. l., *tectum* s. *tegumentum*, quo adversus tela oppidanorum defensi oppugnatores moenia aggrediuntur (quare supra: *Ansturmdach*), i. e. *testudo* s. *vinea*. Luth.: *und zu dem Schirme, da sie sicher seyen;* LXX: *τὰς προφυλακὰς αὐτῶν*.

7. [1]שַׁעֲרֵי הַנְּהָרוֹת] *Fluviorum portae*, neque quibus „copiae hostiles instar fluvii rapidissimi in urbem irruant" (Rosenm., coll. Jes. VIII, 7 seq. LIX, 19. Jer. XLVI, 7), neque quae ad Tigrin canalesque (coll. inf. Plur. Num.) inde circa urbem factos, eosque vel ab obsessoribus ad expugnandam exsiccatos vel ab obsessis ad defendendam urbem inundatos, spectabant (Luth.: *die Thore an den Wassern*). Ut potius de *effusione* aquae ex *perrupta* (conf. inf. נִפְתָּחוּ) oppugnatoribus *ripa Tigridis* (quam et poëticus Plur. Num. et Articulus verbi הַנְּהָרוֹת significat) in urbem ductae cogitemus, qua deditio effecta sit, maxime alterum versus membrum movet. [Qua ex re historici colligant, quam Nineves expugnationem Nahumus sit vaticinatus.] LXX: *πύλαι τῶν πόλεων*; qui inde pro הַנְּהָרוֹת legisse videntur הקריות. — [2]נִפְתָּחוּ] vid. sup.; LXX: *διηνοίχθησαν*; Luth.: *Aber . . . werden doch geöffnet*. — [3]הַהֵיכָל] *Regia domus;* LXX: *τὰ βασίλεια*; item Luth. nobiscum: *der Palast*. *Arce* autem diruta *urbs* cecidit. — [4]נָמוֹג] aquae istius vi *diluta est* s. dissoluta (*zerflösst, zerspült, zerschwemmt*); LXX: *διέπεσε*; Luth.: *wird untergehen*. Quod vero Maur. de *pavore* et *metu* dicit, quibus *dissolvantur rex et proceres*, id *παραλληλίαν* membrorum nimium laedit, quum vix aptiora sibi sint quam נְהָרוֹת et נָמוֹג. Denique idem verbum ad oppositum *incendium*, „quo Sardanapalus se suosque vivos combusserit", et quod „per quindecim dies arserit" (Doederl.), h. l. referri non tam propter v. נָמוֹג (conf. sup. ad I, 5) quam potius ob שַׁעֲרֵי הַנְּהָרוֹת non licet. Contra favere huic sententiae possit, qui sequitur versus.

8. Cur Prophetam demum „*post aliquam pausam* in re coepta pergere" Maurerus censuerit, non perspicimus. — [1]וְהֻצַּב] *Et statutum* s. *constitutum est* ab ipso Deo, quare *a nemine averruncari* potest. Ita formam illam ab origine נָצַב jam Lud. de Dieu et Seb. Schmid., coll. Dan. VI, 13., duxerunt. *Reginae* autem nomen cur cum Chaldaeo et hebrr. interpretibus intelligeret Luth. causam non habuit, nisi quod ea significatio ad sequentia esse apta visa est; LXX vero interpretatio *ἡ ὑπόστασις* lucem desiderat. — [2]*Nineve*, quae et sup. vs. 6. inducta est et inf. vs. 9. suo nomine dicetur. Accedit, quod in explicando v. —[3]גֻּלְּתָה] „ignominiosa, ut Rosenm. ait, tractatio tanquam infimae conditionis *feminae*" (coll. inf. III, 5. 6), non plane silentio praetermittenda esse videtur, licet, remota imagine, maxime *apertas*

Und ihre Dirnen [5] *gleichwie Taubenächzen* [6] *klagend* [7],
Auf ihre Herzen [8] *dumpf* [9] *sich schlagend* [9].

9. *Und Ninive* [1] *– von dessen Tagen ab* [2] *ist wie ein Wassersee* [3]:
Und sie [4] *sind* [4] *Fliehende* [5].

---

obsessoribus *portas*, postquam aqua aditum dederit, intelligendas esse censeamus. Inde supra: *aufgemacht;* LXX: ἀπεκαλύφθη. Contra *captivitatis* notio a verbo h. l. abest, cujus Piel et Pyal isto cum sensu non leguntur. Eundem deprehendisse sibi visi sunt (etiam Luth.: *wird gefangen weggeführt werden)* in — [4] הֹעֲלָתָה] (quod pro הָעֳלְתָה esse vid. Gesen. Gr. §. 57. Not. 5), quia, ut Maurer. docet, הֶעֱלָה hic sit „facere ut aliquis ascendat, surgat, i. e. loco suo se moveat, discedat, i. e. abigere aliquem, ita ut הֹעֲלָתָה sit surgere, loco suo se movere, discedere cogitur, *abigitur:*" Ita vero supra: *wird fortgebracht* legendum esset. Quamvis autem Maur. se jactaverit, ante se de v. isto „apud neminem accurate expositum" esse, non tamen omnes numeros ejus interpretatio habet, siquidem significationum illa gradatio exemplis eget. Adde, quod parum concinne urbs antea *aperiri*, jam vero (per μετωνυμίαν) *abduci* praedicetur. LXX: ἀνέβαινε καὶ αὕτη. Miramur autem, nondum propositam esse quam nostram fecimus verbi explicationem, quae sit: in *altare* rogumve ardentem, velut hostiae immolandae loco, inferri et tanquam ὁλόκαυτον *cremari:* quem verbi sensum vid. Judd. VI, 28., coll. vocabulo עֹלָה. Atque huc quidem ita fortasse referri possint, quae ad vs. sup. 7. de Sardanapalo cum suis combusto monuisse Doederlinium diximus. — [5] אַמְהֹתֶיהָ] *ancillae Nineves*, non tanquam reginae, sed omnino *puellae* Nineven incolentes, eaeque inprimis victorum injurias accepturae. Servarum vero nomen non sine contemtione usurpatum esse videtur, quum adversariae et invisae sint urbis. — [6] כְּקוֹל יוֹנִים] *Vocis* significationem, quam Hebraei pro vociferantium natura vario dicunt sensu (vid. inf. vs. 14 *f.* III, 2), plerique, quod Orientis imitatores non debebant, praetermiserunt (Luth.: *wie die Tauben;* LXX: καθὼς περιστεραί). *Aechzen* vero selegimus, ut quod pariter ὀνοματοποιητικόν est ac — [7] מְנַהֲגוֹת] LXX: φθεγγόμεναι; Luth.: *seufzen*, qui *ingemiscendi* sensus in simillima Arabum voce inest. Hebr. v. LXX ante oculos fuit, interpretatis: ἤγοντο (ex נָהַג). Caeterum, praesertim quum *columbarum* gemitus (quem Luth. aliis in ll. *Girren* nominat) dicatur, interpreti v. sono literisque finitimum הָגָה in mentem venire possit: vid. Jes. XXXVIII, 14: אֶהְגֶּה כַּיּוֹנָה; LIX, 11: כַּיּוֹנִים הָגֹה נֶהְגֶּה; Ez. VII, 16. — [8] עַל־לִבְבֵהֶן] (Masor. plena scriptione עַל־לִבְבֵיהֶן) LXX: ἐν καρδίαις αὐτῶν; Luth.: *an ihre Brust*. — [9] מְתֹפְפוֹת] *pulsantes;* nobiscum Luth. Caeterum *dumpf* verbi תָּפַף ὀνοματοποιΐαν imitatur, *sich* vero in forma Po. latuit. Apud LXX v. plane desideratur. Denique *plangere pectus* quid sit, vel ex profanis poëtis satis constat.

9. [1] וְנִינְוֵה] En tandem ipsum nomen urbis (coll. I, 1 *a*), quam supra aliquoties (vss. 6. 8) tantum muliebri sexu significatam vidimus, qui inde etiam in seqq. servatur. — [2] מִימֵי הִיא] non id. est q. מִימֵי אֲשֶׁר הָיְא s. „inde a diebus, quibus exstitit, quibus condita est" (Maurer.): quod et verum non esset et a consilio loci alienum. *Neutrius* potius, quod nos dicimus et cujus locum Hebraeorum femineum subire constat, generis sensu v. הִיא accipiendum esse censemus, eoque

„*Steht! stehet!*“ [6]
Und Keiner um sich drehet [7].

(An Gottes siegreiche Werkzeuge.)

10. *Fort* [1] *Silberbeute* [1] *schaffet* [1]*!*
Goldbeute [1] *raffet* [1]*!*
Und ist kein Ende [2] *der* [3] *gehäuften* [4] *Zier* [4]*;*
Füll' [5] *ist aus* [6] *allerlei* [7] *Geräthe* [8] *der Begier* [8]*.*

---

quidquid modo de imminente Nineves clade nunciatum est indicari. Quare h. l. non a condita urbe sed a diruta numerandum. Superioris memoriae interpretibus pro מִימֵי plerumque forma מַיִם vel מֵימֵי obversata est; unde v. c. LXX (cum *ἀνακολουθίᾳ*): *καὶ Νινευὴ ὡς κολυμβήθρα ὕδατος τὰ ὕδατα αὐτῆς*; quo מֵימֵי הִיא idque pro מֵימֶיהָ legerunt; itemque Luth.: *Denn Nin. ist wie ein Teich voll Wasser.* — [3] כִּבְרֵכַת־מַיִם] *Ut lacus aquae* plenus: quam imaginem non proprie, coll. sup. vs. 7., sed de *incolarum copia* intelligamus, aequaliter *effusorum*; neque cum Maurero de urbe „ingenti referta multitudine hominum, qui ad eam undique *confluxerant*“ (coll. III, 15 seq. Jon. IV, 11). Etenim diffluentem potius multitudinem istam cogitandam esse, tum totius loci argumentum, tum piscinae imago, tum ex adjectis potissimum *παράλληλον* membrum videtur docere. Ita vero haec verba etiam cum superioribus מִימֵי הִיא optime conspirant. Caeterum de distributione membrorum vid. Praefat.; aliam vero, quam quae supra est, hanc in medio poni liceat: *Und Ninive Ist von den Tagen Dess ab wie ein Wassersee. Und sie sind flüchtig: „stehet! stehet!“ U. K. u. s. d.* — [4] וְהֵמָּה] Qui urbis fuerunt, i. e. ejus incolae, iique vix sine oppositione אֲמָהֹתֶיהָ (vs. 8 *c*) istarum, unde *mares*, *defensores* urbis. Nec male LXX: *καὶ αὐτοί*. Luth. v. ad מַיִם sic retulit: *aber dasselbige wird verfliessen müssen.* — [5] נָסִים] *fugientes*, et *longo* quidem *agmine*, quod item in Participio agnoscimus, praeterquam quod hoc proprie cum Pron. הֵמָּה congruit. — [6] עִמְדוּ עֲמֹדוּ] *State! state!* In quo *resistendi* sensum esse non est quod dicatur. Caeterum alteram eamque morae formam hebraeam item longiore nostra *stehet* reddi consentaneum fuit. Cui secus videatur, *bis* legat *steht*, indeque deinceps *dreht*. Luth. explicandi gratia *ἐν παρενθέσει* addidit: *werden sie rufen;* qui clamor vel fortiorum Ninevitarum, vel hostium fugitivis insultantium, vel potius ipsius Prophetae, ut vs. 10., videtur esse informandus. A verbis quidem, nec tamen a sensu plane abhorruerunt LXX, qui: (*φεύγοντες*) *οὐκ ἔστησαν.* — [7] וְאֵין מַפְנֶה] Luth.: *aber da wird sich Niemand umwenden;* ambigue ac fere contrarie LXX: *καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐπιβλέπων.* Caeterum in forma Hiph. verbi פָּנָה reflexus quoque, ut ajunt, sensus aeque inest atque in nostris *umwenden* et *umkehren.*

10. [1] בֹּזּוּ] *Diripite!* Iterato hebr. v. iteratum nostrum *Beute* respondet. Luth.: *So raubet nun..., raubet...!* LXX bis בָּזְזוּ legerunt, quia bis *διήρπαζον* (*τὸ ἀργύριον ... τὸ χρυσίον*). Quodsi haec adstricto *nummorum* aureorum argenteorumque sensu accipi placeat, certe quae sequuntur, sola *vasa* sunt (coll. inf. כְּלִי). — [2] וְאֵין קֵצֶה] [Mas. קָצָה ˊן] LXX (coll. sup. *διήρπαζον*): *καὶ οὐκ ἦν πέρας*; Luth.: *denn hier ist ... kein Ende.* — [3] לְ]: unde *der* tertio Casu dictum

11. *Entleerung* [1] *und Ausleerung* [1] *und verheert* [2] *ist sie* [2],
Und hingeschmolznes [3] *Herz* [3] *und Wanken* [4] *der Knie'* [4];

---

intelligatur; contra Genitivum apud LXX et Luth. vid. inf. — [4] לַתְּכוּנָה] quod v. (ut ex כּוּן ductum) proprie *structuram* deinde *constructas opes* easque *pretiosas* significat (*Zierrath*, cujus loco jam *Zier* proposuimus; conf. hebr. תָּבְנִית, gr. κειμήλιον). LXX: τοῦ κόσμου αὐτῆς (unde pro תְּכוּנָה legisse תְּכוּנָתָהּ videntur); Luth.: *der Schätze*. — [5] כָּבֹד] Quo eodem *ubertatis copiaeve* sensu vid. v. e. c. Jes. X, 3. LXVI, 12. Ps. XLIX, 17. Luth.: *und die Menge*. Nec male LXX, originis vocabuli memores: βεβάρυνται (i. e. onusti sunt). Caeterum כָּבֹד, quum manifesto παράλληλον sit ad superius וְאֵין קֵצֶה, perperam ex superiore illo לְ suspendi voluit Hitzigius. — [6] מִן] *causae* et hoc quidem loco fortasse etiam electionis. LXX ἐπὶ seq. Accus.; apud Luth. simplex Genit. — [7] כֹּל], quum Articulus non sequitur, h. l. *omnis generis* est; cum Articulo LXX: πάντα τά; Luth.: *aller*. — [8] כְּלִי חֶמְדָּה] *Vas desiderii* i. e. *desideratum* s. *desiderabile* (ut pretiosum), siquidem Hebraei quibus carent Adjectiva nomina maxime instrumenti et *vasorum* (ut h. l.) subjunctis Substantivis exprimere consueverunt. Quare LXX: τὰ σκεύη τὰ ἐπιθυμητά; Luth.: *(aller) köstlichen Kleinodien*, i. e. כְּלִי, quod saepe quidem (coll. v. c. II Paral. XXXII, 27. XXXVI, 10), neque tamen necessario hic *collect.* sensu dicitur. Iidem illi LXX pro חֶמְדָּה male חֲמָדָהּ (ex חָמַד) legerunt, unde interpretati: τὰ ἐπιθ. αὐτῆς. Caeterum pro *Zier* et *Begier* etiam longiora ὁμοιοτέλευτα esse possint *Zierde* et *Begierde*; sin in uberioribus acquiescas, haec: *Und ist kein Ende für die köstlichen Vorräthe; Füll' ist aus allerlei begehretem Geräthe.*

11. [1] בּוּקָה וּמְבוּקָה] vv., de quorum una origine vid. sup. II, 3 *c*, plerumque ut *gradationem* orationis accipiunt (LXX: ἐκτιναγμὸς καὶ ἀντιτιναγμός); sin alterum ab altero discernendum est, secundum ob praepositam literam מ (coll. sup. I, 7 *a*) de *loci* solitudine s. vastitate intelligatur. At rectius Rosenm.: „*geminatio duorum*, inquit, *ab uno verbo* derivatorum nominum *intendit* sermonis *emphasin* facitque [h. l.] ad rei atrocitatem fortius exprimendam": coll. Ez. VI, 14 (שְׁמָמָה וּמְשַׁמָּה); Zeph. I, 15 (שֹׁאָה וּמְשׁוֹאָה); Jes. XXIX, 2 (תַּאֲנִיָּה וַאֲנִיָּה). Quin adeo uno utrumque hebr. verbum reddidit Luth.: *Aber nun muss sie rein abgelesen* (vid. l. l. I, 7. 3 *b*) ... *werden*. — [2] וּמְבֻלָּקָה] ut v. c. cum LXX (καὶ ἐκβρασμός) item „pro Substantivo, proprie pro Neutro, habeas [quasi: *und Verheerung sie*] Maurero postulare videtur nexus." Verum quum hujus Substantivi nominis exemplum non suppetat, in verbi (בָּלַק *vastare*) ac Participii Pyal quidem forma acquiescendum esse videtur, quo simul in antecedentibus quoque verbis *Nineven* significari manifesto apparet; contra inf. כָּלָם. Luth.: *und (sie muss) geplündert werden*. Caeterum in tribus his verbis παρονομασίαν inesse, jam LXX sensisse vid. sup., quam nec nostra explicatio praetermisit. — [3] נָמֵס] Niph. (ex מָסַס) *liquefieri* cum לֵב conjunctum de *tabescente* cadenteve animo legitur, cui *firmus* ac fortis opponitur; vid. e. c. Jos. VII, 7: וַיִּמַּס לְבַב־הָעָם וַיְהִי לְמָיִם. Quare Luth.: *und ihr Herz muss verzagen*; LXX vero (de fracto animo): καὶ καρδίας θραυσμός (quo in Substantivis nomm. perstiterunt); similiter Maur.: „animi abjecti, fracti in summa rerum desperatione". — [4] וּפִיק בִּרְכַּיִם]

Und ist in[5] *allen*[5] *Hüften*[5] *Wehenpein*[6],
Und ihrer[7] *Aller*[7] *Angesicht*[7] *den Schimmer*[8] *ziehet ein*[9].

C) VV. 12—14. Nachruf (14 *ab*)
über das ehemalige (12), doch sündige (13. 14 *e*) Glück, und dessen völlige Vernichtung (14 *ef*) durch Feuer und Schwerdt (14 *cd*).

12. *Wo ist nur hin*[1] *der Leuen*[2] *Lagerort*[3],
Und Atzungsplatz[4], *der*[5] *war*[5] *den jungen*[6] *dort*[5]?

Optime LXX: καὶ ὑπόλυσις γονάτων; nec male Luth.: *die Kniee schlottern:* ac „prae defectione animi quidem, ut Maur. ait, et debilitate corporis". Caeterum labantem incessum velut item labante versus exitu exprimere voluimus (conf. Praefat.). — [5] בְּכָל־מָתְנַיִם] *in femoribus* vel *omnibus* (conf. inf. כֻּלָּם; LXX: ἐπὶ πᾶσαν ὀσφύν; Luth.: *alle Lenden)*, vel *totis* (cui explicationi superior *Nineves* προσωποποιΐα bene conveniat). — [6] חַלְחָלָה], quod ex חול *torqueri*, maximeque de *parturientium cruciatu (Wehen)* est, quocum *femorum* illa commemoratio conspirat: vid. Jes. XXI, 3: מָלְאוּ מָתְנַי חַלְחָלָה. Unde recte LXX: ὠδῖνες. Nos: *Wehenpein*, quo composito v. etiam Pilpel hebr. formae (coll. sup. vs. 5[4]) quodammodo respondeatur; Luth.: *zittern.* — [7] וּפְנֵי כֻלָּם] *Et facies omnium illorum*, i. e. Ninevitarum, quorum urbs tum capta erit et direpta. LXX: καὶ τὸ πρόσωπον πάντων; Luth: *und Aller Angesicht.* — [8] פָּארוּר] (conf. francog. *parure) nitor*, qui non tam universam venustatem quam potius ruborem et *hilaritatem* quasi lucentem significat (conf. inf. קִבְּצוּ). Timidorum vero et doloribus tortorum (vid. sup.) facies non solum *pallore*, sed etiam velut caligine obducitur, cui et rubor opponitur et radians hilaritas. Contra plerique interpretes antiquiores v. de *olla* intellexerunt, cujus albo cum colore pallor Ninevitarum *conferatur.* Praeterquam vero quod ipsum comparationis vocabulum (כ) desideraretur, etiam v. קִבְּצוּ (vid. inf.) per se pallendi sensum non habet. Ita autem Luth.: *bleich sehen wie ein Topf;* LXX: ὡς πρόσκαυμα χύτρας. Cujus erroris indagatio facillima fuit. Permiscuerunt enim verba sono finitima, sensu diversa פָּארוּר (i. e. splendor) et פָּרוּר (i. e. vas vel olla). — [9] קִבְּצוּ] verbi Kal est *colligere*, Piel *contrahere* s. retrahere, quasique absorbere.

12. „Vastata urbe, inquit Maur., locum, ubi sita erat, *circumspicit.*"— [1] אַיֵּה] *Ubi est?* (LXX: ποῦ ἐστι;) *Nur hin* (Luth.: *wo ist nun)* subjecimus, ut etiam terminationem ה—, quae δεικτική et quodammodo *loci* est, exprimeremus. Vid. inf. III, 17 *e*. Caeterum in quaestionis forma *negatio* gravior facile agnoscitur. — [2] אֲרָיוֹת] *Leonum* imago tum ex *situ* Assyriae tum ex Nineves opibus *rapina* partis jam vero direptis Poëtae in mentem venisse videtur. — [3] מְעוֹן־] τὸ κατοικητήριον LXX; *die Wohnung* Luth.; quum ferarum sit, interpretes recte: *„lustrum"* s. cubile. De מ *loci* (unde nos *L.-Ort)* vid. sup. I, 7 *a*. II, 11 *a*. Item — [4] מִרְעֶה] (nos *A.-Platz) locus*, in quo הַכְּפִירִים (vid. inf.) venati et *pasti* sunt: LXX: ἡ νομή; Luth.: *„die Weide."* — [5] הוּא] de quo vid. sup. I, 9 *b*. Bene LXX: ἡ οὖσα. — [6] כְּפִרִים] tales leonum sunt catuli, qui jam ipsi *praedantur* (conf. sup. מִרְעֶה, inf. גוּר). LXX: τοῖς σκύμνοις; Luth.: *der jungen Löwen.* —

Wo[7] *ging*[8] *der Leu, die Löwin*[9] *da*[7], *des Leuen*[8] *kleiner*[8],
Und scheuchte Keiner[9]*!*

13. *Der Leu in Gnüge*[1] *seiner kleinen war zerstückend*[2],
Und seinen Löwinnen[3] *erdrückend*[4];
Und füllte[5] *seine Löcher*[6] *mit*[5] *Erbissenem*[7],
Und seine Lager[8] *mit Zerrissenem*[7].

(An die Feindin.)

14. *Sieh Mich*[1]
— *Ein Spruch*[2] *des Herrn der Heer'*[3] — *an dich*[4]*!*

---

7 שָׁם ... אֲשֶׁר] Hebraeam verborum disjunctionem populari germanico illo modo reddi licuit: conf. inf. III, 8 *d*. Ambigue LXX: ποῦ (..ἐκεῖ vid. inf.). — 8 הָלַךְ] LXX: ἐπορεύθη; Luth.: *wandelten*. — 9 לָבִיא] Luth.: *und die Löwin*. LXX: (..λέων,) τοῦ εἰσελθεῖν (ἐκεῖ κ.τ.λ.); unde pro לָבִיא legere לָבוֹא. — 8 גּוּר אַרְיֵה]. Quia גּוּר a sup. כְּפִיר diversum est, diversis in explicando vv. usi sumus. Contra ut supra LXX: σκύμνον λέοντος, et Luth.: *mit den jungen Löwen*. — 9 וְאֵין מַחֲרִיד] de quorum grammatica conformatione conf. sup. vs. 9., inf. III, 18. LXX: καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐκφοβῶν; Luth.: *und Niemand durfte sie scheuchen*. Caeterum eadem hebrr. vv. leguntur Lev. XXVI, 6.

13. Quum per se absoluta sit sententia, quamvis cum superiore cohaereat, non opus est, ut ex 12. vs. vel אַיֵּה vel שָׁם ... אֲשֶׁר huc transducatur. — 1 בְּדֵי] (ex דַּי) LXX: τὰ ἱκανὰ (τοῖς ...); Luth.: *genug für*. — 2 טֹרֵף] *Dilanians s. diripiens* (vid. inf. III, 1 *e*): conf. inf. Substantiva nomm. inde ficta טֶרֶף et טְרֵפָה. LXX ἥρπασε; Luth. *raubte*. — 3 לְלִבְאֹתָיו] graece non male LXX: τοῖς λέουσιν αὐτοῦ. — 4 מְחַנֵּק] Verbi ὀνοματοποιητικοῦ forma ὀνοματοποιητική, quo ejus sonum audire tibi videaris, cujus collum constringitur; lat. *suffocare* vel *strangulare*. LXX: ἀπέπνιξε; Luth.: *würgete es*; cujus quum loco etiam *ersticken* dicamus, horum quoque ὁμοιοτελεύτων potestatem facimus: *zerknickend* et *erstickend*. — 5 וַיְמַלֵּא] LXX ἔπλησε; Luth. nobiscum. Duorum, qui rite sequuntur, Accuss. alterum Graeci Genitivo Casu reddiderunt, Luth. item vocabulo *mit* (vid. inf.). — 6 חֹרָיו] Luth: *seine Höhlen*; LXX: νοσσιὰν αὐτοῦ. — 7 De טֶרֶף et טְרֵפָה], quorum prius, quippe Infinitivum referens, propriè discerpendi *actum* (vid. vs. 14. III, 1.), deinde cum altero, ut h. l., *discerptum* significat, vid. sup. טֹרֵף. LXX: θήρας et ἁρπαγῆς; Luth.: *Raub* et *mit Dem, das er zerrissen hatte*. — 8 מְעֹנֹתָיו] Conf. sup. vs. 12 *a*. Singularis Num. apud LXX est et Luth.

14. 1 הִנְנִי] *En me!* (francog.: *me voilà.*) Neque falso LXX: ἰδοὺ ἐγώ; unde cum Luth. sup. etiam scribi potuit: *Sieh Ich*. — 2 נְאֻם־] eodem *divini* dicti sensu, quo I, 1 מַשָּׂא. Finito, quod ajunt, verbo LXX: λέγει.., et Luth.: *spricht*.. Caeterum hanc loquendi formam aeque media in oratione et velut ἐν παρενθέσει legi constat, ac Latinorum *inquit*. — 3 יְהוָה צְבָאוֹת] *Exercituum* commemoratio,

Und werd'[5] *abbrennen*[5] *ihren*[6] *Wagenzug*[6] *im Qualmen*[7],
Und deine Löwenjungen[8] *soll*[9] *das Schwerdt zermalmen*[9];

---

praeterquam quod Dei illa appellatio inprimis apud *Prophetas* in usu est (LXX: κύριος παντοκράτωρ), h. l. ideo est aptissima, quod et exercitibus de Nineve victoriam reportaturis adfuturum se ait et Ninevitarum copiis obfuturum. — [4] אֵלַיִךְ] *ad* i. e. h. l. *adversus te:* conf. sup. I, 9. LXX: ἐπί σε. Neque male Luth. cum subst., quod dicunt, verbo, h. l. cogitatione addendo (אֶהְיֶה, coll. inf.): *ich will an dich. Nineve* vero et quae sequuntur Pronn. Suff. jam eadem de causa *fem.* genere appellantur, qua sup. vss. 8. 9. 11. Caeterum iterata omnia haec dicta vid. inf. III, 5. — [5] וְהִבְעַרְתִּי] quum cum ו *conv. Praet.* (coll. et sup., et inf. תֹּאכַל, יִשָּׁמַע) dicatur, recte LXX: καὶ ἐκκαύσω; Luth.: *und (will) anzünden.* — [6] רִכְבָּהּ] Bellicos *ejus currus:* vid. sup. II, 4. LXX pro רכב legerunt רֹבב; unde: πλῆθός σου. Ita vero Propheta „transit (inquit Maur.) ad personam tertiam, mox (i. e. in membris *ef.*) rediturus ad secundam." Unde hoc membrum quasi παρενθέσει inclusum cogitari possit. (Item inf. III, 7 *cd.*) Contra secundam illam personam etiam hic tenuerunt LXX: πλῆθός σου, et Luth.: *deine Wagen.* — [7] בְּעָשָׁן] *in fumo;* ἐν καπνῷ LXX; Luth.: *im Rauche.* Bene vero Rosenm.: „*igne* magnum *fumum* emittente"; vel: „igne maximo, cujus fumus *procul conspiciatur*"; acutius Maurer.: „*in fumum:* ut in fumum abeant, s. *evanescunt*" (coll. Ps. XXXVII, 20.) — [8] כְּפִירַיִךְ] vid. sup. vs. 12. LXX: τοὺς λέοντάς σου; Luth.: *deine jungen Löwen.* Quum Nahumus inde ab hoc verbo ad superiorem imaginem de *leone* sumtam redeat eamque in sequentibus conservet, de intermediis quoque verbis (וְהִבְעַרְתִּי...רִכְבָּהּ) in imaginem istam ope conjecturae transducendis cogitaverunt. Quare v. c. pro רֶכֶב proposuere מֶרְכָּב, quod v. primum item *currus*, deinde *sedis*, denique *lustri* significatione donarunt: quo utique ad leonem reductus tibi videaris. Item pro eodem רֶכֶב fortasse רֶבַע vel רֵבֶץ placeat. At ab hujus vs. initio Nineves destruendae descriptionem deseruisse censendus est Propheta, ut quam *solo animo* viderat, idemque ipsi Urbi, etiam *stanti*, judicii istius summam repetiisse, ac *redintegratae* quidem orationis praesidio, quae illis ipsis vv. נְאֻם — וגו' inducitur. Vid. etiam inf. Cap. III. Inde porro manavit, quod, quamvis supra de *leone* egerit, tamen nunc *muliebri* genere (כְּפִירַיִךְ et טַרְפֵּךְ) progreditur oratio, ut de *urbe* Nineves usurpato. Etenim per totum hunc versum *imago* rei et *res* designata quasi *in unum* confluxere. — [9] תֹּאכַל] Nobiscum Luth.; LXX: καταφάγεται. *Mandere* autem et *devorare* gladius (חֶרֶב; LXX: ῥομφαία) saepissime in LL. SS. (coll. inf. III, 15) dicitur, unde adeo *os* (conf. v. c. לְפִי חָרֶב) habere. — [10] וְהִכְרַתִּי] de verbo vid. I, 14., de forma sup. וְהִבְעַרְתִּי. LXX itidem: καὶ ἐξολοθρεύσω; Luth.: *und will ein Ende machen.* — [11] טַרְפֵּךְ] vid. sup. vs. 13.; nunc de *actione* dilaniandi (Luth.: *deines Raubens;* contra LXX ut sup.), quod voc. et ad istam *leonis* imaginem aptissimum et supra l. l. de eodem usurpatum est. Ita vero non spolia a Nineve direpta sed ejus injuriae de medio sublatum iri praedicuntur. — [12] מֵאֶרֶץ] LXX: ἐκ τῆς γῆς; neque ex *terra* Assyria Judaeave solum, sed ex *orbe terrarum*, id quod unum grandi orationi convenit. — [13] וְלֹא־יִשָּׁמַע עוֹד] LXX: καὶ οὐ μὴ ἀκουσθῇ οὐκέτι; Luth.: *dass man nicht mehr hören*

Und werd'[10] *ausrotten*[10] *dein Zerfleischen*[11] *von der Erden*[12],
Und nicht vernommen[13] *wird dein Botenruf*[14] *mehr*[13] *werden*[13].

---

soll. — [14]קוֹל] vid. sup. vs. 8. — מַלְאָכֵכֵה] ex מְלָאכָה (i. e. *negotium*) duxerunt LXX, qui: τὰ ἔργα σου (i. e. facinora tua). Quum autem inde forma illa difficilius expediatur, ejus origo potius in מַלְאָךְ (i. e. *nuncius*) quaerenda est. Neque vero in h. v. ad masculinum genus, quo in Assyrio designando usus est usque ad I. II, 6 (vid. I, 11), sive ad מַלְאָכֵכָה (ut כַּפֵּכָה Ps. CXXXIX, 5) recessit Propheta, sed muliebre i. e. מַלְאָכֵךְ tenuit, addidit autem παραγωγήν aliquam (ה—), in qua, quamvis rara, sub *finem* Capitis minus offendetur. Similem terminationem eadem de persona dictam (כִי—) vid. v. c. Ps. CIII, 3. 4. 5; coll. Gesen. Gr. §. 35. Not. I. — Denique recte Hieron.: „Nec audientur per provincias tuas emissarii tui." Ita igitur et ab *initio* (vs. 1 *a*) et in *fine* (vs. 14 *f*) hujus Capitis *nuncii* commemorantur, et illic *Judaeorum* quidem *pacem* promulgantes, jam vero *Assyriorum* iique maxime invisi at *obmutescentes.*

CAP. III.

A) VV. 1—7. Wehruf (1 *a*)
über das graunvolle Ende (2. 3. 5. 6. 7) der graunvollen Stadt (1 *bcd*. 4).

1. ***Weh***[1]***!***
Der Stadt[2] ***der Blutgüsse***[2]***!***
Sie[3] ***ganz***[3] ***Berückung***[4]***,***
Voll[4] ***Unterdrückung***[5]***;***
Nie[6] ***nachlässt***[7] ***die Zerstückung***[8]***.***

III. Alteri illi tertium hoc Caput verbis דָּמִים (1 *b*) et magis טָרֶף (1 *e*., coll. sup. II, 14 *e*) arcte annectitur.

I. [1] הוֹי] alias mirantis, h. l. condolescentis vel potius *diras obnunciantis*. LXX: ὦ (vel ὢ); nobiscum Luth. Interjectionem Nominativus Casus, ut h. l., sequitur; quare recte interpretes: vae urbi! Luth.: *Wehe der Stadt!* — [2] עִיר דָּמִים] LXX: πόλις αἱμάτων, i. e. non quae caedatur (conff. seqq.), sed quae *multum sanguinis* et caedis fecerit (Luth.: *der mörderischen Stadt*); qui Pluralis Num. nostro *Güsse* refertur. De sensu dicti conf. Ez. XXIV, 9. 6. Hab. II, 12. — [3] כֻּלָּהּ] Nos ad verbum; LXX: ὅλη. Quum inf. παράλληλον sit מְלֵאָה, Luth. adeo uno vocabulo: *die voll Lügen und Räuberei ist.* Caeterum comparatione h. l. dignum est dictum apud Cic. Cluent. 26: „*totus est* ex *fraude* et *mendacio* factus." — [4] כַּחַשׁ] mendacium s. *fraus (Lug und Trug)*, quo verbo Hebraeis omnis generis perversitas recte dicitur. Quodsi nos e. c. cum LXX (ὅλη ψευδής) in hoc ipso v. sententiae Objectum idque Nominativo Casu prolatum deprehendimus, id contra ex seq. מְלֵאָה suspensum esse cum aliis plurimis Maurerus voluit, sic interpretatus: universa fraude, violentia plena est": cui explicationi et ordo et ἀσύνδετος verborum conjunctio adversari videtur. Caeterum pro illo — [4] מְלֵאָה] LXX: πλήρης.. — [5] פֶּרֶק], pariter ut inf. טָרֶף, activam *violentiae* injuriaeve sententiam habet, cui bene justitiam opposuerunt LXX, qui: ἀδικίας; Luth.: *Räuberei.* Quod ergo *fraude* capere non potest, *vi* rapit; idque *perpetuo* facit (coll. כֻּלָּהּ et מְלֵאָה). — [6] לֹא] *Futuro* cum tempore, ut I, 3 *b*; quod ipsum tempus Hebraeis de *praeteritis* quoque iisque *iteratis* usurpatur, hoc autem loco proprie intellectum ab oraculi natura (coll. v. c. II, 14 *e*) abhorreret. — [7] יָמִישׁ] ex מוּשׁ *recedere*, unde Hiph. *remittere* (Luth. similiter *lassen*; LXX vid. inf.). Subjectum plerisque *Assyrius* (*leove*, vid. II, 14) est; ut Maur.: „non recedere facit s. dimittit (coll. Mich. II, 3. 4) s. non desinit facere rapinas: Masculinum respiciens populum." Quod quum ob antecedentia *muliebria* nomina (vid. Cap. II., magis כֻּלָּהּ et מְלֵאָה, maxime עִיר) durius esse videatur, potius in v. טָרֶף regens illud nomen agnoscatur, idque eo modo intelligatur, quem supra proposuimus, et qui Rosenmuelleri supplemento מִמֶּנָּה neutiquam eget. Conf. LXX: οὐ ψηλαφηθήσεται θήρα; *ambigue* Luth.: *von ihrem Raube nicht lassen will.* De *tempore* verbi vid. sup. לֹא. — [8] טָרֶף] plane ut

2. *Peitschenknall*[1],
Und Radgerassels[2] *Schall*[1];
Und Ross[3] *im Jagen*[4],
Und hochaufspringender[5] *Wagen*[6]!

---

sup. II, 13 *a* (coll. 14 *e*); unde recte Luth.: *das Rauben;* LXX vid. sup. Ita autem in hoc versu a כַּחַשׁ ad פֶּרֶק indeque ad טָרֶף *gradatio* inest, in eoque τρικώλῳ fere παραλληλία membri עִיר דָּמִים. Ex quibus denique hanc et interpretationis vernaculae et distributionis *varietatem* in medio ponimus: 1) (pro membris *cde*) *Ganz Lüge sie, Voll von Gewaltthat die; Nachlässet das Zerfleischen* (coll. II, 14 *e*) *nie;* vel: *Die ganz ist Heuchelei, Voll Tyrannei; Nie lässet nach die Räuberei;* 2) (pro toto versu) *Weh! eine Blutstadt, ganz Berückung! Voll Unterdrückung!* (vel: *Weh! eine Stadt des Bluts! ganz Trügerei! Voll Tyrannei!* vel: *Weh! eine Stadt des Blutes! Ganz Lug, voll Uebermuthes!*) *Nicht mochte* (vid. sup.) *das Erraffen* (in quo v. paene eadem ὀνοματοποιΐα, quae in hebr. טָרֶף) *Jemals erschlaffen.*

2. Quid sit illud אוֹי (vs. 1) explicatur. Visa autem jam *auditione* quoque percipiuntur. Recte vero Hieronymus: „tam pulchra, inquit, juxta hebraicum et *picturae similis* ad proelium se praeparantis [eoque decertantis] exercitus descriptio est, ut omnis meus sermo sit vilior." Inprimis optime se habent Nominativi *absoluti*, collectivo cum sensu (vidd. inf. LXX et Luth.), quibus non tam imago quam potius imagines deinceps ante oculos positas cernas. Quare languet, quod praeposuit Luth.: *Denn da wird man hören* (vid. inf. קוֹל caet.). *Novarum* vero, in quas rapimur, rerum argumentum et seriem non importune velut n o v o μέτρῳ (conf. Praef.) indicasse videbimur. — [1]קוֹל שׁוֹט]. De utroque v. קוֹל (*Ton*) vid. sup. II, 8 *c*; utroque autem loco LXX φωνή. Contra nostrum *Knall*, pro quo Luth. *klappen*, etiam sono suo hebraeae isti voci cognatum est; itemque ὀνοματοποιΐαν inf. in explicando v. רַעַשׁ imitati sumus. Pro שׁוֹט, quod *flagellum* h. l. *equos* (vid. inf.) exagitans significat, Pluralis Num. (vid. sup.) apud LXX (μαστίγων) et Luth. (*Geisseln*) est: vid. etiam inf. — [2]רַעַשׁ אוֹפָן]. רַעַשׁ raucis *sibilis* germanicis *Gerassels*, s. *Geräusches* (*Schall*) aeque commode reddi videtur (coll. sup. I, 3 *cd*), ac celerrimus curruum strepitus. Similiter LXX: σεισμοῦ, et Luth.: *und rasseln.* Pro אוֹפָן itidem Plur. Num. LXX τροχῶν et Luth.: *die Räder.* Caeterum curruum, quos opportune h. l. commemorari vid. sup. II, 4. 5., h. l. *rotae* dicuntur, ut quae horrendum istum *fremitum* edunt; ipse autem covinus statim verbo מֶרְכָּבָה nominabitur. — [3]סוּס] recte Maur. de „*equo curru juncto,*" coll. seq. מֶרְכָּבָה. LXX: (φωνή) ἵππου; Luth. (vid. sup.): *die Rosse.* — [4]דֹּהֵר] optime LXX: διώκοντος, i. e. h. l. *celerrime currentis.* Illud קוֹל vel רַעַשׁ et ipsi Luth. ante oculos obversatum est, qui: *die Rosse schreien.* — [5]מְרַקֵּדָה] verbi Kal *salire* est, indeque Piel *exilire* (nos: *hochaufspringen*): qui saltus tum ex soli iniquitate tum ex equorum impetu et velocitate oritur. LXX: ἀναβράσσοντος; magis ὀνοματοποιΐᾳ quam sensui reddendo Luth. studuit, qui: *rollen.* Caeterum *Dactyli*, qui apud nos et h. l. et a seq. vs. initio legitur, causa (coll. Praef.) per se perspicitur. — [6]מֶרְכָּבָה] LXX: (φωνή) ἅρματος; Luth.: *die Wagen*, quo sibi constitisse (vid. sup.) censeatur, neque hoc v. cum superiore eoque collect. רֶכֶב (vid. II, 4 *c*) commiscuisse.

3. *Ansprengender* [1] *Ritter* [2],
Und Schwerdtesflitter [3],
Und Speeresglitter [4]!

---

3. Currus (vs. 2) subsequitur *equitatus* (vs. 3); territisque auribus (vs. 2) oculi terrentur (vs. 3). — [1] פָּרָשׁ מַעֲלֶה] Exspectationem faciunt verba, quibus explicationem hujus l. MAURERUS, novissimus Prophetae interpres, inchoavit. „Fere tot, inquit, reperiuntur interpretationes, quot sunt interpretes. Quod veram nemo dedit, mirarer, nisi dudum intellexissem, permultos ad interpretandum accedere sine sensu veri, illo inquam, de quo nuper HITZIGIUS tam contemtim locutus est, scilicet ut de uva lupus in fabula" Idemque deinceps: „Una ferri potest interpretatio NEUMANNI [cui oratio sic implenda videtur: פָּרָשׁ מַעֲלֶה אֶת־עַצְמוֹ עַל הַסּוּס, hoc cum sensu: *der sich auf das Ross schwingende Reiter*], quam secutus est HITZIGIUS, sed alio modo firmanda, quam quo illam firmarunt dicti interpretes. Nihil hic ellipticae orationis, de qua cogitat NEUM., et quid sibi velit illud HITZIGII: מַעֲלֶה *Partic.* [Kal?] *ad* יַעֲלֶה *Kal formae*, nemo facile intellexerit. Potest הֶעֱלָה pariter atque עָלָה Jer. XLVI, 4 (עֲלוּ הַפָּרָשִׁים) significare putari *ascendere in equum*, quod הֶעֱלָה absolute positum significat *efferre, hochmachen,* quodque haec efferendi actio tribuitur *equiti.* De equite ascendente in equum verba dicta jam habuere LXX, qui: καὶ [φωνῇ? coll. et sup. et inf.] ἱππέως ἀναβαίνοντος. Verum non convenit in hunc l. ista significatio. Alia ratio est loci sup. l. Jer. Ibi enim *proelium paratur;* hic *media* versamur *in pugna:* conf. inprimis quae subjiciuntur. Dudum in equos ascenderant equites. פָּרָשׁ hic non equitem, sed, ut saepius alias, *equum cui insidet eques* significat, *equum cum equite* (conf. Virg. Geo. III, 16 seq.: atque *equitem* docuere sub armis *Insultare* solo); הֶעֱלָה vero, proprie, ut modo diximus, *hochmachen,* aptissimum ad nexum significatum habet *tollendi se* [?] *arrectum, tollendi se in altum pedibus anterioribus (sich bäumen).*" Haec ille. Quamvis autem arguta esse et fluere videatur haec argumentatio maximeque de *equite et equo*, qui ad Centaurorum modum quasi *concreverint*, optime proponat: claudicat tamen in ea tum quod פָּרָשׁ contra usum vocabuli *magis* de equo quam de equite explicatur; tum quod tacite *se tollendi* notio intromissa est, denique quod equus „*sublatus in altum pedibus anterioribus*" equiti quidem suo vix vero Ninevitis terribilis, ergo sententia inepta foret. Cum J. H. MICHAEL. (coll. Jes. VIII, 7. Jer. L, 9) LUTH. explicuit: *Er bringet Reiter* (de quo Plur. Num. vid. sup.) *herauf:* in quo autem *Dei*, quem adducentem cogitavisse videtur, mentio unde repetenda sit non liquet. Contra nostra illa interpretatione vix quidquam simplicius cogitari potest, praesertim quum transitivum sensum verbi *sprengen* intransitivum, quod (vs. 2) antecessit, *springen* jam praeparaverit. Ita vero *eques* intelligitur, qui *equum exsilire jubet*, sive *equum suum ut exsultet stimulans eques*, qui vero utique, quippe *equo insidens*, *et ipse una cum equo* ad assiliendum exagitato *assilit:* de quo ipso *velocissimo equitis equo insidentis motu* v. *sprengen* (i. e. proprie *springen machen*) nobis usitatissimum est. Sic igitur et hebraeae et vernaculae linguae, denique etiam sensui loci omni ex parte satisfecimus. Quod vero praeposuimus *an,* id exhauriendi verbi עָלָה (i. e. *ad*scendere) notio poposcit. Caeterum de μέτρῳ hujus membri vid. sup. vs. 2 *d.*, coll. Praefat. — [3] וְלַהַב חֶרֶב] *Et* (ex isto equitatu; unde LUTH. adeo *mit*) *flamma* i. e. *corusca*

Und Menge[5] *von Durchbohretem*[6]
Und Masse[7] *von Gefallenem*[8]*:*

Und ist der Leich'[9] *ein Ende*[10] *nie*[10];
In ihrer[11] *Leich'*[11] *hinstürzen*[12] *werden sie*[12].

---

acies *ensis*, qui *fulgoris* sensus in germ. v. *Flitter* (coll. *Flimmer, Flamme* caet.), ut in inf. *Glitter* (coll. *Glanz, gleissen, glimmen, Gluth* caet.), inest; sin haec respuantur, *duobus* membris legatur: *Ansprengender Reiter und Schwerdtflimmer, Und Speerblitzschimmer* (vid. inf.): quae et ipsa ὀνοματοποιΐαν referunt, licet τρικώλου istius longe sit clarior. LXX: καὶ (φωνὴ?) στιλβούσης ῥομφαίας; Luth. (coll. sup.): *mit glänzenden Schwerdtern.* — [4] וּבְרַק חֲנִית] (conf. sup. II, 5 *d*) *fulguris* imago *de fulgore* hastae facillime intelligitur: quem ipsum sensum referet vel, quod in ejus locum substituimus, v. *Glitter*, de quo vid. sup. [3], vel uberius *Speerblitzglitter. Micandi* quoque sententiam repraesentaverit *Speeresblitzgezitter.* Simpliciter LXX: καὶ ἐξαστραπτόντων ὅπλων, et Luth.: *und mit blitzenden Spiessen* (conf. sup.). — [5] וְרֹב] *Et* ex his armis (unde iners Lutheri additamentum: *Da liegen*) *multitudo* caet. In Genitivi sui (vid. sup.) usu mirifice vel hic (καὶ πλήθους) LXX sibi constiterunt, qui nisi ex sup. φωνή pendere non potest; contra Luth.: *und viele* (conf. inf. vs. 4 [1]). — [6] חָלָל] Nos item Singulari Num., qui de incondito quasique *uno* cadaverum acervo aeque significanter dicitur, ac quasi plumbeam ejusdem gravitatem (conf. inf. v. כֹּבֶד) ὁμοιοτελεύτου nostri h. l. ratio plumbea imitatur. Contra Plur. N., ut sup., apud LXX (τραυματιῶν) et Luth. (*Erschlagene*). Caeterum praeposito *von* utroque in membro Genitivum Casum descripsimus; vid. inf. vs. 13 *c.* — [7] כֹּבֶד] v. *vim ingentem* significare (quasi *schwere Menge:* conf. inf. vs. 15) maxime παράλληλον רֹב docet; item Luth.: *grosse Haufen.* Contra principali suo *ponderis*, quod gravius cadaverum esse constat, sensu v. LXX intellexerunt, qui: βαρείας πτώσεως (vid. sup.). Quod ipsum si in germanico teneri placeat, sic interpretere: *Ansprengender Reiter und Schwerdtflamm' und Blitz vom Speere, Und Masse von Durchbohretem und Leichnams schwere.* Caeterum nostrum illud v. *Masse*, praeterquam quod παραλλήλῳ v. *Menge assonat*, a neutra harum significationum abhorret. — [8] פָּגֶר] *Cadaver*, quod item e *cadendo* est ut apud LXX πτῶσις e πίπτειν; unde nostrum illud *Gefallenem.* Plurali suo Luth.: *Leichname.* — [9] לַגְּוִיָּה] *Corpori* eique *mortuo.* Breviter Luth.: *und derselbigen;* contra LXX, qui: τοῖς ἔθνεσιν αὐτῆς (i. e. Nineves), לַגּוֹיָה legerunt. — [10] וְאֵין קֵצֶה] vid. sup. II, 10*c*. Sensus: *innumerabilia* sunt cadavera; unde bene Luth.: *dass keine Zahl ist;* LXX: καὶ οὐκ ἦν πέρας. — [11] בִּגְוִיָּתָם] LXX secus ac supra et recte quidem: ἐν τοῖς σώμασιν αὐτῶν; Luth.: *über ihre Leichname.* Quorum autem? Non Assyriorum per se, ut Maur. docet, sed innumerabilium *confossorum* istorum (חָלָל caet.). — [12] יִכָּשְׁלוּ] Masor.: וְכָשְׁלוּ, cui priorem illam scripturam recte praetulit Maur. ut „difficiliorem et convenientiorem ad hanc abruptam [poëticamque] orationem." De sensu conf. sup. II, 6 *b;* LXX itidem: καὶ ἀσθενήσουσιν; Luth.: *und man fallen muss;* qui ita tertiam personam *Plur.* Num. *impersonali* modo rectius accepit, quam Maur. ille, qui offendentes „milites hostiles" cogitavit. Quodsi ubicunque locorum et coacervata quidem sunt cadavera, hujus ipsius dicti παραλληλίαν quandam esse patet superioris וְאֵין קֵצֶה.

4. — *Von wegen* [1] *Häufigkeit* [1] *der Liebeleien* [2] *der Buhlsüchtigen* [2],
Von Anmuth [3] *holden* [4], *zaubertüchtigen* [5];
Verkaufend [5] *Völker* [6] *die* [5] *in ihren Liebeleien* [7],
Und Stämm' [8] *in ihren Zaubereien* [9].

---

4. Inde ab hoc vs. Nineve *incestae* mulieris imagine designatur, in qua servanda usque ad 7. vs. Propheta sibi constitit. Ita vero Judaeos Deo, alios autem populos (ut h. l. Assyrios) externis, quibuscum foedera percussissent, *fidem non tuitos* significari constat. Vid. inf. — [1] מֵרֹב] מִן, *cur* ita affligatur Nineve, *causam* reddit; inde etiam pro simplici, quod in germanico non sufficit, *von* scribere debuimus *von wegen* (quod et ipsum a *weg* est; coll. v. c. I, 5). LXX: ἀπό; pluribus, quibus non opus, Luth.: *Das Alles um* . . . *willen.* Quodsi de industria רֹב repetitur, vs. 3 pro *Menge* item *Haufe* reddi potuit. Pariter et h. l. πλήθους LXX. Ita igitur confessorum copia ex copia perfidiae est. Contra Adject. *der grossen* apud Luth. — [2] זְנוּנֵי זוֹנָה] Quum Plur. hebr. Num. abstracta de re dicatur, non obhorrere ab eo constat nostrum Singularem; unde recte Luth., itemque LXX: πορνείας, qui vero a seq. v. זוֹנָה aliam sententiam sic inchoant: πόρνη κ. τ. λ. Pro nostro *Liebeleien*, quod cum eodem tertii membri vocabulo, ut in hebraeo fit, congruere voluimus, etiam *Buhlereien*, et pro *Buhlsüchtigen* etiam *Unzüchtigen* scribi potuit. De imaginis ratione vid. sup., quam inde recte h. l. intellexit Rosenmuell. „de dolosis foederibus, quibus alios populos ad se pertraxerunt Assyrii et sibi subjecerunt"; brevius vero Maur. „de amicitia simulata." — [3] חֵן] vocabulo plane respondet gr. χάρις i. e. et gratia et *formositas:* vid. v. c. Ps. XLV, 3. Provv. XXXI, 30; contra Adject. nomine (coll. inf.) LXX: καὶ ἐπίχαρις, et Luth.: *liebe.* — [4] טוֹבַת] cum חֵן, ut h. l., vel cum מַרְאֶה (ut Gen. XXIV, 16. Esth. I, 11. II, 3. 7) compositum *pulchram bellamve* significat; quam uno v. conjunctam *pulchri bonique* notionem conjuncto καλοκαγαθοῦ dicto etiam Graeci conjunxere. Item LXX: καλή, Luth.: *schöne.* — [5] בַּעֲלַת כְּשָׁפִים] de qua dicendi formula conf. sup. I, 2 *b* Ac. בַּעֲלַת quidem (i. e. proprie *dominam* praestigiarum) addito *tüchtigen* (pro *mächtigen*) quodammodo reddi placuit. Ejus loco LXX similiter: ἡγουμένη φαρμάκων; contra Luth.: *die mit Zauberei* u m g e h t. Caeterum proprie syriacas esse et has voces et earum compositionem, itidemque maxime כְּשָׁפִים (de quo Plur. Num. conf. sup.) aeque de εἰδωλολατρείᾳ in usu esse atque istud זְנוּנִים, vid. Lexx. — [5] הַמֹּכֶרֶת] Quae *accepta mercede* et ut *servos* quidem *vendidit*, s. libertate spoliandos prodidit (conf. nostrum *verrathen und verkaufen*, coll. Joël. IV, 3. 6. 7. 8. Am. I, 6. 9). *Die* vero praepositum Articulum h. l. item refert ut inf. vs. 8. LXX: ἡ πωλοῦσα. Contrario sensu Luth.: *die erworben hat.* — [6] גּוֹיִם] LXX: ἔθνη, quod Luth. adeo in *die Heiden* detorsit. — [7] בִּזְנוּנֶיהָ] vid. sup.; LXX: ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῆς; Luth.: *mit* caet. — [8] וּמִשְׁפָּחוֹת] *et gentes*, coll. Am. III, 1, 2; LXX: καὶ λαούς; liberius Luth.: *Land und Leute.* — [9] בִּכְשָׁפֶיהָ] *in praestigiis suis;* ut sup. LXX: ἐν τοῖς φαρμάκοις αὐτῆς, et Luth.: *mit ihrer Zauberei.* Caeterum si *locupletia* (vid. Praef.) ὁμοιοτέλευτα non displiceant, utroque in ἡμιστιχίῳ facilius nec sine vi sic explicari possit: *V. w. H. der Buhlerei'n der Buhlerin, V. A. hold, der Zauberin; V. V. d. i. i. Buhlereien, U. St. i. i. Zaubereien.*

(An die buhlerische Stadt.)

5. *Sieh Mich*
— Ein Spruch des Herrn der Heer' — an dich [1]*!*
Und werd' aufdecken [2] *auf dein Antlitz* [3] *deine Saumgewande* [4],
Und schauen [5] *lassen* [5] *Völker* [6] *deine Schände* [7],
Und deine Schmach [8] *ich Lande* [9].

---

5. De imagine hujus vs. vid. jam sup. 4. vs. Recte vero Rosenmuellerus: „Quia Nineven versu superiore *meretrici* comparaverat, et nunc in *poena* ei destinata describenda *perstat* in *metaphora*, atque talia ei minatur, qualia digna sunt *meretricia* impudicitia." Conf. inf. Caeterum ad ipsam Nineven, ut supra II, 14., per ἀποστροφήν hinc usque ad vs. 18 (coll. tamen vs. 9 *d*) oratio convertitur, et eodem quidem sexu, qui ibidem eadem de *urbe* fuit. Quid quod — [1] ipsa duo priora hujus vs. membra plane eadem sunt, quae l. l. (II, 14) legimus, ubi et nostram vid. et interpretum explicationem, quae utroque in loco plane eadem est, nisi quod LXX pro צְבָאוֹת hic ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ reddiderunt. — [2] וְגִלֵּיתִי] De verbi forma vid. l. l. II, 14 *c*; de sensu II, 8 *a*. Quum tantum *naturali* (denudandi) sensu Piel hujus verbi dicatur, recte etiam Luth.: *ich will aufdecken*, et LXX: καὶ ἀποκαλύψω. — [3] עַל־פָּנָיִךְ׃] LXX: ἐπὶ τὸ πρόσωπόν σου; contra magis suam sententiam quam hebraei sensum secutus est Luth., qui: *unter dein Angegesicht*. Etenim עַל *eo usque* est, dum non tantum assequatur faciem, sed etiam *contegat*: id quod, si haec sententia ex imitatione hebraei ὁμοιοτελεύτου שׁוּלַיִךְ׃ et פָּנָיִךְ׃ (vid. Praef.) item *duobus* iisque ὁμοιοτελεύτοις membris referenda sit, duplicato eoque ὁμοιοτελεύτῳ *auf* significanter ita proponatur: *Und werde deine Säume decken auf, Zu deinem Angesicht' hinauf;* sin illam ad antegressa adjungere malis, legas: *Und werde deine Säum' aufdecken auf dein Antlitz ich!* sin ad sequentia, etiam ita: *Und werd' aufdecken auf dein Antlitz deine Schösse, Und zeigen Völkern deine Schaam und Ländern deine Blösse* (vid. inf.). At tripartitus est hic ἡμίστιχος. — [4] שׁוּלַיִךְ׃] i. e. proprie *oras* et hic *vestimenti* quidem (Luth.: *dein Gebräme*). Cum εὐφημίᾳ LXX: τὰ ὀπίσω σου, cui vero et linguae usus obest et quod adjectum legimus עַל־פָּנָיִךְ׃, nisi vestem *a tergo* faciei obductam cogitarunt. — [5] וְהַרְאֵיתִי] Quum propter ו conv. Praet. sonus item in ultimam syllabam descenderit, ab initio verbi longius ‑ַ breviori ‑ֲ cessit. (Contra vid. inf. vs. 11 *b*.) Recte LXX: καὶ δείξω et Luth.: *und will zeigen;* quam vocem si teneri placeat nec ad munditiam τοῦ ὁμοιοτελεύτου respectum haberi, etiam sic supra explicetur: *Und Völkern deine Blösse zeigen, Und deine Schande Königreichen.* — [6] גוֹיִם] ut sup. vs. 4 *c*; item LXX: ἔθνεσιν, et Luth.: *den Heiden.* — [7] מַעְרֵךְ׃] LXX: τὴν αἰσχύνην σου; Luth. (quum v. ex עָרָה *nudum esse* ducatur): *deine Blösse.* — [8] קְלוֹנֵךְ׃] (a קָלַל, coll. sup. I, 14 *e*) item recte LXX: τὴν ἀτιμίαν σου; Luth.: *deine Schande.* Plerique interpretes v. item εὐφήμως (conf. nostr. *Schaam*) acceperunt. — [9] מַמְלָכוֹת] LXX: βασιλείας; Luth.: *den Königreichen.* Eandem, ac quae h. l. est, imaginem vid. v. c. Jer. XIII, 26. Jes. XLVII, 3. Apoc. III, 19. Ejus sensus: *signa* incestus tui in vulgus patefaciam.

6. *Und werde[1] werfen[1] auf dich Greuel[2] ich[1],*
Und machen ich dich schrumpfelich[3],
Und hin[4] gleichwie[5] ein Schaustück[5] stellen[4] dich[4].

7. *Und wird geschehen[1]: fliehn[2] von dir[3] wird wer dich immer seh'[4],*
Und sagen[5]: umgebracht[6] ist Ninive!
Wer[7] wird ihr zu[8] wehklagen[9]?
Woher[10] soll[11] Tröster[12] ich für[13] dich[13] erfragen[11]?

---

6. [1] וְהִשְׁלַכְתִּי] De forma et hujus et seqq. verbb. vid. sup. vs. 6. LXX: καὶ ἐπιῤῥίψω (ἐπὶ σε); Luth. vid. inf. — [2] שִׁקֻּצִים] *foeda* omnis generis, quae in nudam eo majore cum horrore et contumelia injiciuntur. LXX: βδέλυγμόν; libere Luth.: *ich will dich ganz greulich machen.* — [3] וְנִבַּלְתִּיךְ:] Propriae verbi נָבֵל *marcendi (einschrumpfen)* notioni nostrum illud *schrumpfelich* (h. e. id. q. *runzelig*) *machen* eo magis respondeat, quo religiosius meretrix illa *vetulae* speciem fugit. Luth.: *schänden;* LXX: κατὰ τὰς ἀκαθαρσίας σου, unde לְנִבְלֹתַיִךְ: legerunt. Contra *duobus* membris versus ita reddatur: *U. w. w. a. d. G. und besudeln dich, U. h. g. e. Sch. st. ich.* — [4] וְשַׂמְתִּיךְ:] *Et prostituam te;* LXX: καὶ θήσομαί σε: e qua sententia ne ad eam descendatur, quae sup. 1, 14 *d* fuit, ut fecerunt v. c. Luth.: *und aus dir machen*, et Maur.: „et faciam te", quamvis idem deinceps rectius: „*exponam* te publicae ignominiae". — [5] כְּרֹאִי] (quae forma ex *mora* fluxit, quum v. proprie רָאִי fuisset). Id quum ex רָאָה sit, plane h. quoque l. congruit cum lat. *spectaculi* verbo, in quod quasi omnium *oculi* cum *despectione* convertuntur. LXX: εἰς (ὡς?) παράδειγμα; Luth.: *einen Schcusal.*

7. [1] וְהָיָה] itidem cum ו conv. Praet., vid. sup.; quare recte LXX: καὶ ἔσται (Luth.: *dass sollen*). — [2] יִדּוֹד] נָדַד trans. *movere* est, intr. et *vagari* et *fugere.* Item Luth. (*fliehn soll*, qui idem l. Hos. VII, 13 *weichen*); contra LXX יֵרֵד legerunt, unde: καταβήσεται. Fugient vero *horrendam* Nineves *faciem* (vid. vs. 6., coll. inf.) olim pulcherrimae et frequentatae. — [3] מִמֵּךְ:] item Luth., et LXX: ἀπό σου. — [4] כָּל־רֹאַיִךְ:] Ut fecimus ita propter כָּל־ scripsimus, quod Singularis Num. יִדּוֹד sequitur. Plane item Maurer.: „*quicunque conspexerit te*"; LXX: πᾶς ὁ ὁρῶν σε. Luth.: *Alle, die dich sehen.* Caeterum hoc ipso v. רֹאַיִךְ: ad sup. כְּרֹאִי vs. 6. respici patet. — [5] וְאָמַר] itidem cum ו conv. Praet., ut LXX: καὶ ἐρεῖ; contra Luth.: *und sagen sollen.* — [6] שָׁדְּדָה] (Pyal) Luth.: *verstöret*, id quod in προσωποποιΐαν (vid. sup. et inf.) minus quadrat. Libere LXX: δειλαία. — [7] מִי] (LXX: τίς) sensu: *nemo;* nam quisquis intuitus Nineven *aufugiet.* — [8] לָהּ] Ita nos ad verbum; conf. e. c. *einem zu sprechen*, quod pro *consolando* dicimus. — [9] יָנוּד] verbi significationem ita Maur. eruit: „agitari (coll. sup. נָדַד); commoveri [i. e. *bewegt* s. *gerührt werden*] *alicui;* ejus casum, vicem *dolere.*" Vid. Jer. XVI, 5. Job. II, 11. XLII, 11. Jes. LI, 19. LXX: στενάξει (αὐτήν); Luth.: *Wer will Mitleid (mit ihr) haben?* — [10] מֵאַיִן] *unde:* de qua *negante* inter-

B) VV. 8—11. Gleichheit (8 *a*)
ihrer Zukunft (11) mit dem schauerlichen Ende (10) einer wie durch Alter und Berühmtheit, so durch Lage (8 *bcde*) und Verbindungen (9) ebenbürtigen Wasserstadt (8).

8. *Wirst*[1] *besser seyn*[2] *denn*[2] *Ammonsheim*[3] *du wie*[1]?
Sich lagernd[4] *in*[5] *den Strömen*[5] *die*[4];
Gewässer[5] *rings*[6] *an*[7] *sie*[7].

---

rogationis sententia vid. sup. מִי. LXX: πόθεν; Luth. minus diligenter: *und wo.* — [11] אֲבַקֵּשׁ] item Luth.: *soll ich suchen* (LXX ζητήσω); nostro *erfragen* autem *Piel* illud non male reddi videbatur. — [12] מְנַחֲמִים] Item Luth.; abstracto sensu (coll. v. c. sup. זְנוּנִים et כְּשָׁפִים) LXX: παράκλησιν. — [13] לָךְ] pro quo, ut sup. לָהּ, LXX: αὐτῇ (conf. inf.); rectius Luth.: *dir.* Caeterum num inde a מִי *Dei* (coll. vs. 5. נְאֻם יְהוָה) an *hominis* verba sint, non satis liquet, praesertim quum eadem ἀποστροφῇ ad sequentia pergatur. Quod autem tertio in membro tertia (לָהּ), in quarto secunda persona (לָךְ) dicitur, id neminem, qui v. c. sup. II, 14 contulerit, offendet, minime vero Dei hominisque orationem discriminat, siquidem παράλληλα sunt membra eoque ad varios nisi contorte trahi non possunt. Denique quaestiones illas (מִי — מֵאַיִן) apparet esse εἰρωνικάς.

8. Scilicet hoc illud solatium est (vid. vs. 7. מְנַחֲמִים). — [1] הֲ] i. e. *wie* (pro *irgendwie*) cum interrogationis forma; recte „*numquid*" Maur.; pluribus Luth.: *meinest du* caet. Quaestio vero item negantis est, ac modo (vs. 7) מִי et מֵאַיִן. — [2] תֵּיטְבִי מִן] De qua hebr. *Comparativi* Gradus structura (coll. lat. *praestare*) quum in vulgus constat, tum vid. inf. vs. 16 *ab;* item de unica ista verbi יָטַב forma (cujus *prior* particula ad exemplum verborum פי primi ordinis fingitur) pro vulgari תִּיטְבִי satis praecipiunt Grammatici; in qua vero etiam Fut. *Hiph.* (*bene agendi* sensu) deprehendi possit. Luth.: *du seyst besser, denn.* Caeterum quum *moribus* melior non sit Nineve, *fortuna* quoque meliore non digna est (vid. seqq.). — [3] נֹא אָמוֹן], quae urbs Ez. XXX, 14. 15. 16 brevius נֹא dicitur, *coptica* lingua (vid. inf.) proprie *possessionem* sedemve (conf. hebr. נָוֶה, i. e. domicilium) *Ammonis* Jovis significat: unde illud nostrum *Ammonsheim* s. *Ammonshausen* (*Ammonitz*); id quod Graeci ad verbum in Διόςπολιν (LXX in μερίδα Ἀμμών, vid. inf.) transtulerunt. Sed quum plures ejus nominis eaedemque *Ammoni Jovi* consecratae fuerint urbes, non *parvam* quidem illam h. l. intelligimus, quae inferioris Aegypti ac Mendeti proxima fuit (quamvis de hac quoque Strabo XVII: αἱ περὶ αὐτὴν λίμναι), sed *magnam* sive *Thebas* Aegyptias, quam urbem Homerus ἑκατόμπυλον dicit, easque in utraque *Nili* (vid. inf. יָם) ripa conditas *fossis*que ex eo ductis (vid. inf. יְאֹרִים) circumdatas (conf. Strab. l. l. pp. 815 seq. Plin. H. N. V, 9), ut quae *longe illustrissimae exempli* quoque illustrioris loco *celeberrimae* Ninevae proponi potuere. Ambigue Luth.: *die Stadt No der Regenten.* Contra LXX ab initio hujus vs.: ἑτοιμάσαι μερίδα (ἁρμόσαι χορδὴν, ἑτοιμάσαι μερίδα) Ἀμμών. En igitur, quum copticum v. נֹא (vid. sup.), ut hebr. חֶבֶל, et χορδή et μερίς sit, novum exemplum (coll. sup. II, 6 *b*), unde varios fuisse istius interpretationis auctores deinceps se secutos colligamus. — [4] הַיֹּשְׁבָה]

Wo[8] *Meer*[10] *ein Grabenwall*[9],
Ihr[11] *Mauerring*[11] *aus*[12] *Meeresschwall'*[12].

Ita προσωποποιΐαν tenuimus; item LXX: ἡ κατοικοῦσα, fortasse etiam Luth.: *lag.* De nostro v. *die* (i. e. Thebarum *urbs;* pro quo Luth.: *die da)* vid. sup. vs. 4 c. — [5]בַּיְאֹרִים] i. e. *conclusa* Nili *fluviis* s. *canalibus* (vid. Ez. XXX, 12. XXIX, 3 seqq. Jes. VII, 18. XIX, 6., coll. sup. II, 7). Item LXX: ἐν ποταμοῖς; contra minus diligenter Luth.: *an den Wassern.* — [5]מַיִם] aeque LXX ὕδωρ, et Luth. *Wasser;* cf. inf. — [6]סָבִיב] verbo superius illud בְּ, i. e. *omni ex parte* aqua circumdata fuisse urbs explicatur. LXX: κύκλῳ (αὐτῆς); Luth.: *und ringsumher (Wasser hatte).* — [7]לָהּ] Ita fluctus *Thebarum urbem* alluentes cernantur; quo dicto (מַיִם סָבִיב לָהּ) optima παραλληλία superioris בַּיְאֹרִים evadit. LXX et Luth. vid. sup. — Caeterum *bipartitum* ἡμιστίχιον ita legas: *W. b. s. d. AH. wohl du? Die in den Strömen lagernde; Gewässer rings ihr zu.* — [8]אֲשֶׁר] Conf. sup. II, 12 c. Contra plerique interpretes hoc v. conjunxerunt cum — [9]חֵיל], quasi legeretur אֲשֶׁר־חֵילָהּ (coll. inf. חוֹמָתָהּ), i. e. *cujus fossa.* Ita etiam LXX: ἧς ἡ ἀρχή, et Luth.: *welcher Mauern und Veste.* Sed praeterquam quod Suffixum Pron. ־הּ de suo addiderunt, etiam *inter* utrumque verbum tertium (יָם) interesse debebat. חֵיל חֵל autem s. urbis *fossam vallumque* significare vid. v. c. II Sam. XX, 15. Jes. XXVI, 1.; conf. Winer. *Bibl. Real-Wörterb.* I, p. 434: „*Um die Mauer* (חוֹמָה: vid. inf.) *lief das* חֵיל: *wahrscheinlich ein Graben mit Wall', nach* Kimchi *eine kleine Vormauer*"; item Luth. h. l.: *Mauern.* Sic ergo *mare* s. (vid. inf.) Nilus loco *fossae valli*que est *urbem sepientis.* LXX (vid. sup.): ἧς ἡ ἀρχή; unde de verbo הֵחֵל (i. e. *coepisse)* cogitaverunt. Sin v. ex חֵיל (quasi *Meeresmacht* sive *Seeburg;* coll. Hitzigii: „quae est *locus munitus maris*") duceretur, id quod contra παραλληλισμόν fieret, ita vertendum esset: *Die ist ein Meerestrutz; Aus Meer' ihr Mauerschutz;* vel externa cum voce: *Die eine Meerescitadelle; Ihr Mauerring aus Meereswelle.* — [10]יָם] Quo v. saepe *Nilum* dici (coll. v. c. Jes. XIX, 5. 6) Lexica docent. Item recte sine Art. LXX: θάλασσα; Luth. vid. inf. — [11]חוֹמָתָהּ] Nostro illo v. *moenium* sensum reddituri fuimus, item superioris סָבִיב *(rings)* memores. Similiter LXX: τὰ τείχη αὐτῆς (i. e. itidem Diospoleos s. Thebarum); contra Luth.: *und Veste.* Vid. sup. II, 6 c. Alii fortasse malint *Mauerwerk,* maxime coll. seq. — [12]מִיָּם], quod parum poëtice v. c. Maurer. interpretatur: „cujus [vid. sup.] murus *constat ex mari, mare est*", quae explicatio auctori suo „et facilior per se est et aptior ad membrum, quod praecedit, parallelum". At non συνώνυμον h. l. legimus παραλληλισμόν sed σύνθετον, ita quidem, ut *ejus moenia, ex alluente marino fluctu* (i. e. *Meeresschwall) eminere* dicantur. Ambigue Luth. (coll. sup.): *Mauern* [*und Veste war das Meer.* Lectionem מַיִם (pro מִיָּם) LXX praetulerunt, qui: καὶ ὕδωρ τὰ τείχη αὐτῆς, quo certe bella evadit παραλληλία verborum tum יָם et מַיִם tum חֵיל et חוֹמָתָהּ. Caeterum alterius hujus ἡμιστιχίου etiam sic reddendi est potestas: *Wo ein Wallgraben Meer; Von Meer' aus* [*auf*] *ihre Mauerwehr* (coll. sup. Luth.: *Veste);* vel: *Wo e. W. Ocean; Von Meer' aus ihre Mauer an.*

9. *Ein Schutzheer*[1] *Aethiopien*[2]
Und Doppelland[3] *Aegypten*[3] *und kein Endigen*[4];
Das Mohrenland[5] *und Libyerschaaren*[6]
In[7] *deiner*[7] *Hülfe*[7] *waren*[8].

9. [1] עָצְמָה] verbi, quod (ut ex עֶצֶם) *robur* indeque *opes copiasque*, denique *praesidium* significare potest, παραλληλίαν esse voluerunt inferioris vel (*b*) וְאֵין קֵצֶה Hitzig. (coll. v. c. הַרְבֵּה), vel (*d*) הָיוּ בְּעֶזְרָתֵךְ Maurer., qui: „praesidium erat." Ita vero explicandum nobis fuisset: *Khus eine Kraft, U. DL. Ae. und ist nicht Endschaft.* Sed, nisi fallimur, *tria* illa dicta sic sibi respondent, ut unicum עָצְמָה reliquorum sensum in se contineat, i. e. non solum *copiam* referat (quae in וְאֵין קֵצֶה h. l. pariter inest, ut sup. II, 10 *cd*. παράλληλα fuere וְאֵין קֵצֶה et כָּבֹד; unde Luth. libere: *Mohren und Aegypten war ihre unzählige Macht*), sed etiam totius prioris ἡμιστιχίου *Praedicatum* sit eoque simul παραλληλίαν praebeat inferioris Praedicati הָיוּ בְּעֶזְרָתֵךְ, *praesidium* describentis. Quod ut indicaremus, scripsimus: *ein Schutzheer*, quod et copiarum et munimenti notiones complectitur. LXX: ἰσχὺς αὐτῆς; quare עָצְמָהּ (ex עֶצֶם) legisse putandi sunt. — [2] כּוּשׁ] LXX: καὶ Αἰθιοπία; Luth.: *Mohren*, qualiter Gen. X, 6. 7. 8. I Paral. I, 8. 9. — [3] וּמִצְרַיִם] Item Luth., et LXX: καὶ Αἴγυπτος. Praepositum vero *Doppelland Dualem* Hebraeorum Num. (coll. inf., sup. II, 2 *d*) quodammodo reddit. — [4] וְאֵין קֵצֶה] (vid. sup., coll. II, 10 *c*. III, 3 *e*) i. e. *infinita* est Aegyptus cum opibus suis. Nec male Maur.: „et Aegyptii [ut sup. „Aethiopes" et inf. „Mauri"], neque erat finis, carentes fine, *innumerabiles*." LXX ut sup.: καὶ οὐκ ἔστη (conf. inf.) πέρας. Luth. vid. sup. — [5] פּוּט] Africae regio, quacum etiam aliis in ll. (Gen. X, 6. Ez. XXVII, 10. XXXVIII, 5) Aegyptus et Libya conjunguntur. Ac coptica quidem lingua *Phaiat* Libyam aegyptiam significat i. e. partem Aegypti inferioris extra τὸ Δέλτα in occidentem versus positam eamque propriae Libyae continentem. Incolae vero hujus terrae ibidem *Niphaiat* nominantur i. e. *sagittarii*, ex *pit* s. thebaico (et *Thebarum* quidem socii jam enarrantur) *phit* i. e. arcu; unde ipse populus arcu designatur. Ita factum est, ut, vel ubi לוּבִים additum legerunt (vid. Jes. LXVI, 19), פּוּט LXX recte Λίβυες interpretarentur. Aliter iidem h. l. (coll. sup.): καὶ οὐκ ἔστη πέρας τῆς φυγῆς. Nec tamen, id quod Michael. suspicatus est, (pro פּוּט) פלט legerunt, sed v. aegyptium *pot* thebaicumve *phot* i. e. *fugere* (s. *currere*) retulerunt. Vid. Champollionis *Égypte* I, 104. II, 31. 243. 278; conf. Gesen. in *Allg. Lit.-Z.* A. 1839. pp. 38 seqq. Nos vero *populari* modo *Mauritaniae* (unde nostrum *Mohrenland*) nomen reddendum esse censuimus. — [6] וְלוּבִים] Recte LXX: καὶ Λίβυες. Luth. ut sup. *terram* intellexit (*und Libya*). Contra ut *Pluralem* istum Num. *hominum*que nomen *insignite* redderemus itemque consilio Prophetae auxiliarias copias *enumerantis* responderemus, quemadmodum supra *Doppelland*, ita h. l. a nobis impetravimus ut *Schaaren* adspergeremus. — [7] בְּעֶזְרָתֵךְ] Maur., postquam recte: „in auxilio tuo, inter copias tuas auxiliares" (coll. Ps. CXVIII, 7. LIV, 6. Judd. XI, 35), minus probabiliter adjecit: „aderant tibi copiis suis auxiliaribus": ut quo aliorum, quae *praeter ista* fuerint, auxiliorum notio exstingueretur. Item libere LXX: βοηθοί, et Luth.: *deine Hülfe*. Ad *Thebarum*

10. *Auch*[1] *sie*[2] *in's Elend*[3] *ging*[4] *in dem Gefangnentruppe*[5];
Auch[6] *ihre*[7] *Kindlein*[7] *hingeschmettert*[8] *wurden*[8] *dann*[8]
in aller[9] *Strassen*[9] *Kuppe*[10];

---

vero *urbem* subito per ἀποστροφήν ita converti Prophetam, statimque (vs. 10) ad tertiam personam redire, nisi Orientis ignarus nemo mirabitur. Vid. vs. seq. Contra in tertia persona perstiterunt LXX, qui h. l.: βοηθοὶ αὐτῆς. Omnes autem gentes illae Thebaidem circumjectae fuere. — [8] הָיוּ] item Luth.; LXX: ἐγένοντο. — Denique *duobus* membris hunc vs. ita fortasse possis amplecti: *Khus eine Schutzmacht und Aegypten und ein Ende nie; — Phut und die Libyer - in deiner Hülfe waren sie.*

10. [1] גַּם־] quum scriberet rhetoriceque repeteret Propheta, tantum argumentationis causa Thebarum mentionem earumque προσωποποιίαν (vs. 10) acri in sermone quasi *secundo loco* factam recordatus est, ut quae proprie praecipueque ad Nineven pertinuerat: vid. sup. vs. 8 *a*; inf. vs. 11. Quare illico in *Diospoleos urbe* significanda ad *tertiam* personam (הִיא caet.) revertit (coll. sup. vs. 8 *bce*). Caeterum exempli cogitatio in illa voce sic subest: etiam haec, ut tu caet.; contra inf. vs. 11: etiam tu, ut illa caet.; denique: eadem tua erit fortuna, quae istius fuit. Pro — [2] גַּם־הִיא] LXX: καὶ αὐτή; Luth.: *noch* [i. e. quamvis situ et auxiliis propugnata] *hat sie*. — [3] לַגֹּלָה] *in exsilium*, cujus loco illud nostrum *in's Elend* (i. e. *Ausland*) nobis in usu esse constat. Recte LXX: εἰς μετοικεσίαν; libere Luth.: *hat müssen vertrieben werden*; in quo simul inest — [4] הָלְכָה] *ivit*; Futuro temp. LXX: πορεύσεται, sequentibus falso permoti, siquidem hoc Praeteritum antecessit. — [5] בַשֶּׁבִי] (ob moram pro בַּשֶּׁבִי). Nos primam *captivi* vel *coetus agminisve captivorum (Gefangnentrupp)* significationem (coll. v. c. Thr. I, 5. Esr. II, 1. Am. IV, 10) secuti sumus, alteram *captivitatis* v. c. Maur., qui: „in captivitatem: pariter atque לַגֹּלָה pendet ex הָלְכָה"; unde supra legendum foret: *Auch sie geht in Verbannungshaft, In der Gefangenschaft*. Ita autem tum ל et ב mirum in modum παράλληλα essent, tum לַגֹּלָה et בַשֶּׁבִי fere ταὐτολογικῶς dicerentur, siquidem longe secus se haberet unicum הָלְכָה בַּשֶּׁבִי (ut Jer. XXII, 22. XXX, 16); tum longe minus expressa evaderet rerum effigies, qua Diospolis *inter exsules* abducta cernatur (coll. sup. הָלְכָה). Luth.: *und gefangen wegziehen*; item ambigue LXX: αἰχμάλωτος. — [6] גַּם] (coll. sup.) ad seq. Suffixum Pron. ־ֶיהָ pertinet. Recte LXX (καί); minus Luth. *und*. — [7] עֹלָלֶיהָ] non tam *ejus* i. e. Diospoleos „*liberi*" (Maur.), sed potius *infantes* iique lacte depulsi (unde nos: *Kindlein*; Luth.: *ihre Kinder*); LXX: τὰ νήπια αὐτῆς. — [8] יְרֻטְּשׁוּ] Hebr. aeque ὀνοματοποιητικόν, ac nostrum vocabulum; Luth.: *sind erschlagen worden*. Sed quum praepositum sit Praeteritum הָלְכָה (coll. etiam inf. רֻתְּקוּ), etiam Futurum illud de *praeterita* re istam *insecuta* usurpatur (unde addendum fuit *dann*); conf. sup. vs. 1 *e*. Contra LXX: ἐδαφιοῦσιν. — [9] כָּל־חוּצוֹת] *omnium platearum* (conf. sup. II, 5 *a*), ac *Thebarum* quidem; quare bene Luth.: *(auf) allen Gassen*; LXX: πασῶν τῶν ὁδῶν (αὐτῆς). — [10] רֹאשׁ] quum h. l. de eo dicatur, quod *capiti simile* est, in reddendo v. vocem germ. selegimus similiter (v. c. de verticibus montium) usurpatam, eamque item a *Kopf* ductam, i. e. *Kuppe* (s. *Koppe*). Sic acutos platearum angulos intel-

Und warfen [11] *Loos* [12] *sie über* [13] *ihre Prächtigen* [13],
Und wurden [14] *in den Schellen* [15] *eingeschnürt* [14] *all' ihre Mächtigen* [16].

11. *Auch* [1] *du* [1] *sollst* [2] *trunken* [3] *seyn* [3],
Sollst [2] *seyn* [4] *gehüllet ein* [5];

---

ligimus, in quorum lapidibus infantes elisi sint vel potius illisi (coll. בְּ). Conf. Hos. XIV, 1. LXX: (ἐπ') ἀρχάς (coll. sup. Plur. Num. כָּל־חוּצוֹת); Maur.: „in compitis"; contra v. male praetermisit Luth. — [11] יַדּוּ] *conjecerunt:* nam יָדַד h. l. ejusdem est sensus, cujus יָדָה; conf. Joël. IV, 3. Obad. 11. Melius quam Maur. („jecerunt victores") Luth.: *warf man:* vid. sup. vs. 3 *f.* De Tempore verbi vid. sup. יְרֻטָּשׁוּ (coll. inf. רֻתְּקוּ); contra LXX, ut sup.: βαλοῦσι. — [12] גּוֹרָל] Si durius esse videatur germanicum *Loos werfen*, hebraeum illud dictum aut cum Luth. Articulo praeposito („*das Loos*"), aut collectivo sensu ita reddendum: *U. über ihre Hochgeehreten sie warfen Loose, U. w. i. d. Sch. e. all ihre Grosse* idque cum LXX, quorum κλήρους fere eosdem sonos effert atque hebr. illud vocabulum. Sin *proprie*, ut supra fecimus, exprimi placeat hebraeam illam formam, fortasse difficilius sic legi poterit: *Und warfen Loos sie über ihr' Häuptlinge, Und wurden eingeschnürt all ihre Grossen in die Schellenringe.* — [13] עַל־נִכְבַּדֶּיהָ] (de qua נִכְבַּד forma pro נִכְבָּד vid. Gramm.) de sensu conf. sup. e. c. II, 10 *d.* Ut autem v. istud *Prächtigen* antiquiore ex usu eadem sententia h. l. qua lat. *magnifici* diceremus, quum veniam dedit Luth., qui v. c. Ezech. XXVII, 25 idem hebr. voc. (וַתִּכְבְּדִי) eodem germanico (*bist du prächtig geworden*) expressit, tum suaserunt hebraea ὁμοιοτέλευτα παράλληλα נִכְבַּדֶּיהָ et גְּדוֹלֶיהָ), quae aliter reddi vix posse videbantur. Luth. h. l.: *um ihre Edlen;* LXX, coll. inf. כָּל־, et *neutrali* sensu: πάντα τὰ ἔνδοξα αὐτῆς, i. e. item Diospoleos. — [14] רֻתְּקוּ] Quantum Pielis forma gravior quam Kal, tanto nostrum v. simplici *vincire* fortius est (conf. *eingepresst* s. *eingezwängt*). Contra Luth.: *wurden gelegt:* de quo Tempore vid. sup.; LXX ut sup.: δεθήσονται. —[15] בַזִּקִּים] Recte LXX: χειροπέδαις (*Handschellen*), coll. v. c. Jer. XL, 4: הָאזִקִּים אֲשֶׁר עַל־יָדֶךָ; Luth.: *in Ketten und Fesseln.* — [16] כָּל־גְּדוֹלֶיהָ] Vid. quae sup. in explicando v. נִכְבַּדֶּיהָ diximus; LXX: πάντες οἱ μεγιστᾶνες αὐτῆς; Luth.: *alle ihre Gewaltigen,* i. e. et ipsius Diospoleos.

11. [1] גַּם־אַתְּ] De cujus dicti et παραλλήλῳ et rhetorica natura vid. ab initio vs. 10 (גַּם־הִיא caet.). Nineven vero denuo vates item alloquitur, ut sup. vs. 8 *a* fecit. Presse Maur.: „Quod item tibi accidet, Nineve!" Luth.: *Also musst du auch..;* quo paullo rectius LXX bis: καὶ σύ. — [2] Omnia hujus vs. Futura omnes interpretes ut propriam praedictionem accepere, quum consilium potius *jussum*ve exhibeant. Neque controversa videri potest explicatio, siquidem mediis in illis verbis decurtata s. ἀπόκοπος forma (תְּהִי neque תִּהְיֶה) inest, quae, ut etiam reliqua eaque magis ambigua verba eodem *Optat.* sensu intelligantur, partim suadet partim cogit. Sic vero singularis singulorum dictorum sententia longe alia evadit. Unde — [3] תִּשְׁכְּרִי] non est: „inebriaberis s. poenam *dabis*" (Maur.), coll. inf., sed vel: ita affligeris, ut melius fuerit mentis non compotem esse; vel: in pestem incurrito!

Auch[1] *du*[1] *sollst*[2] *suchen*[6] *einen festen Ort*[7],
Vom Feinde fort[8].

C) VV. 12—19. Rettungslosigkeit (19 *ab*), trotz der Befestigungen (12. 14. 15 *abc*), der Volksmasse (15 *de*), des unermesslichen Wehr- (13. 18 *cd*), Handels- (16) und Adelstandes (17. 18 *ab*): zum Jubel aller Welt (19 *cd*).

12. *All deine Festungen*[1] *sind Feigenbäumen*[2] *gleich*[3],
Mit[4] *Feigen*[5], *frühe weich*[5]:

(LUTH.: *musst du auch trunken werden;* LXX: *μεθυσθήσῃ*.) Etenim שָׁכַר tum ad tum ultra saturitatem bibere, deinde omnino turbati animi esse significat, maxime quem Deus poenae loco et perniciei causa effecerit. Vid. sup. I, 10. Jes. XXXIX, 9. LI, 21. LXIII, 6. Jer. XXV, 15 seqq. LI, 7. Thr. IV, 21. Obad. 14. Conf. Lexx. in vv. כּוֹס, תַּרְעֵלָה, sim. Caeterum in hebr. isto v. iidem soni insunt, qui in nostro *Rausch;* quare etiam scribi potuerit: *A. d. berauscht sollst seyn.* — [4] תְּהִי] De qua forma vid. sup.[2]; sensus: *esto!* neque *ἔσῃ*, ut LXX; LUTH. vid. sup. — [5] נַעֲלָמָה] Quam longiorem fem. formam, quum ָ‑ brevius esset quam ָה, ex breviore masc. נַעֲלָם ortam esse constat; contra conf. sup. vs. 5 *d*. Sensus non est: „eris offusa tenebris, *torpebis*," coll. Jes. LI, 19-21 (HITZIG.); neque: *lugebis* (GEIER. de luctu Hebraeor. p. 324); neque: „latebis, *eris neglecta*, abjecta, quae fueras tam celebrata quondam" (MAUR., cum LXX: *ὑπερεωραμένη*); sed est: abscondita esto, *ne ab hoste capiaris* (vid. *seqq.*)! LUTH.: *musst (dich) verbergen.* — [6] תְּבַקְשִׁי], quod Futurum tempus propter *ante*cedens *ἀπόκοπον* תְּהִי ex Grammaticorum lege eodem optandi jubendive illo sensu accipiendum est. LUTH.: *und (musst) suchen.* Contra LXX ut sup.: *ζητήσεις σεαυτῇ*. — [7] מָעוֹז] vid. sup. I, 7 *a*; LUTH.: *eine Veste.* LXX, qui: *στάσιν*, מָעוֹן legerunt (conf. inf.). — [8] מֵאוֹיֵב] De מִן vid. sup. I, 5; itidemque LUTH.: *vor dem Feinde.* Recte MAUR.: „praesidium, quod te defendat, tutam [et quasi separatam] reddat ab hoste." Contra cum languore alii: ab hoste petes. Item at longe rectius adeoque ingeniose LXX, ut qui supra *στάσιν*, h. l.: *ἐξ ἐχθρῶν*. Caeterum his ipsis vv. (מֵאוֹיֵב) nova sententia indeque verborum תְּבַקְשִׁי מָעוֹז *παραλληλία* nisi *συνώνυμος* certe *σύνθετος* exsistere nobis visa est. Sin *bipartitus* magis placeat versus, legas: *A. du berausche dich und sey versteckt; A. du such' e. f. O. vor Hassendem* (conf. Partic. אוֹיֵב) *gedeckt;* vel cum *ὁμοιοτελεύτῳ* minus perfecto: *A. du sollst trunken seyn und im Versteck', A. du s. s. e. f. O. vom Feinde weg;* vel cum sola *παρονομασίᾳ*; *A. du berausche dich und sey verborgen, Vor Hassendem* (vid. sup.) *geborgen.*

12. At praesidia tua (conf. מָעוֹז vs. 11) quamvis militibus referta (vs. 12) et refecta (vs. 13) *vana* erunt (coll. vs. 15). — [1] כָּל־מִבְצָרַיִךְ] *Omnia tua loca praecisa* (a בָּצַר) i. e. *aditu difficilia;* LXX: *πάντα τὰ ὀχυρώματά σου*. „Intelligenda autem, MAUR. auctore, totius *terrae* Assyriae loca munita et castella, ea maxime, quae sita erant in *finibus*": coll. vs. 13 *cd*, maximeque v. אַרְצֵךְ; unde recte LUTH.: *alle deine festen Städte.* — [2] תְּאֵנִים] *fici*, h. l. arbores (de fructibus vid. inf.) LXX: *συκαῖ*. — [3] Proprie quidem solum substant. verbum *(sind)* exprimendum fuit; sed quum id in germanicis durius videretur, jam Lu-

Wenn[6] *werden angeschüttelt werden*[7] *sie*[8],
Und[9] *alsobald*[9] *auf*[10] *Essers*[11] *Maul*[10] *ab*[10] *fallen*[9] *die*[8].

THERO praeeunte *(sind wie)*, illud *gleich* addidimus, qua certe aptior *aequalitatis* non est significatio; quin loco illorum etiam *All deine Vesten Feigenbäumen gleichen* indeque infra *weichen* scribi possit. Conf. HIERON.: „primitivis ficis *comparabuntur*.“ Sin quis unicum illud *sind* tenere malit, duobus membris versus (de cujus distributione cf. Praefat.) ita legatur: *A. d. Vesten Feigenbäume mit Frühfeigen sind: Wenn werden angeschüttelt werden die, und her auf Essers Maul abfallen sie geschwind* (quo v. ו *conv. Praet.* similiter compensetur, ac nostro *alsobald*, vid. inf.). — [4] ־עִם] Bene graece LXX: ἔχουσαι; nobiscum LUTH. Sic autem *arbores cum fructibus suis*, ut re sunt, ita oratione quoque in unum conglutinantur (vid. inf.). — [5] בִּכּוּרִים] (Jer. 24, 2 בִּכֻּרוֹת) *fici primae*, ut jam *Junio* mense coctae (i. e. illud *weich*); contra reliquarum maturitas Augusto demum mense est. Conf. Hos. IX, 10. Jes. XXVIII, 4. Fere iisdem cum sonis eundem illum fructum Arabes *Bokkore* indeque Hispani *Albacora* dicunt. LUTH.: *mit reifen Feigen.* Nisi autem abhorreremus ab imperfectis ὁμοιοτελεύτοις, altero membro obtulissemus (vel, pro *weich*, *teig*; vel potius, si supra *gleichen* praeferatur) *Mit frühen Feigen.* Contra LXX: σκοπούς, unde פְּקִידִים legisse suspicandi. — [6] אִם] LXX ἐάν; ut nos LUTH.; nec tam *conditionis* quam potius *temporis* sententia h. l. sub voce subjecta est (conf. germ. *wenn* pro *wann*). — [7] יִנּוֹעוּ] (quae forma Niph. pro Pass. Hiph. formae est; conf. Am. IX, 9) *agitabuntur* et „levi quidem tactu“, ut jam HIERON. (vid. inf.) scripsit, siquidem et id in verbi natura inest et ficorum fructus facillime cadunt (coll. Apocal. VI, 13); unde nos *w. angeschüttelt w.*, quum gravius LUTHERI *man sie schüttelt* cum consilio loci minus conveniat (vid. inf. *d*). LXX: σαλευθῶσι. — [8] Itane תְּאֵנִים an בִּכּוּרִים? Ex *Grammatica* quidem *eadem* jam *commota* dici videntur quae deinceps *cadant* (vid. inf.), i. e. fructus; sed ex *Prophetae* mente *moveri arbores*, *decidere* vero *fructus*: id quod ipsum sibi volunt nostra *sie*, quo remotiora, et *die*, quo propiora significantur. Denique sic ante scriptoris oculos fici *arbores una cum fructibus* (vid. sup. עִם) obversatae sunt, quarum *quid agitaretur* et *quid caderet* sponte intelligebatur. Quid vero? *Virile* genus verbi יִנּוֹעוּ legitur, quamvis aeque תְּאֵנָה ac בִּכּוּרָה *muliebria* sint! Sic igitur a designante imagine jam *ad designatam rem* vates se convertisse et ipsum illud מִבְצָרִים spectavisse nobis videtur. Cum acrimonia, qua solet, MAUR.: „Possunt utriusque verbi Subjectum esse fructus. Arbores enim si concutiuntur, concutiuntur et fructus. Hinc fructus quoque recte dicuntur concuti. [Quin et nos dicimus v. c. *Aepfel schütteln*, neque *Apfelbäume sch.*] Sic jam HIERONYMUM recte judicasse video, qui תְּאֵנִים et ipse habuit pro ficis arboribus. „Primitivis, inquit, ficis comparabuntur, quae si concussae fuerint levi tactu, in os cadent devorantis.“ Quod vero non convenire nonnulli commemorent imaginem, quum arces cadant neque commotae arbores, id argumentum idem MAUR. porro docet „imagine niti male intellecta. Quamquam enim תְּאֵנִים עִם בִּכּוּרִים dicitur, tamen non arboribus sed fructibus comparantur loca munita Assyriorum. Ficuum praecocium instar casurae dicuntur Ninevitarum arces. Arbores memorantur, quoniam de iis decidunt fructus. Poterat accuratius dici *ficus in arbore* vel simile quid. Sed notissima res est, in formandis imagi-

13. *Sieh an[1]! dein Volk[2] in deiner Mitt'[3] ist[4] Weiber[5],*
An[6] deine Treiber[6].
Aufsperren[7] werden weit[7] die Thore[8] sich[7] von deinem Land'[8];
Es frisset[9] deine Riegel[10] Brand[11].

---

nibus haud nihil sibi sumere Hebraeorum scriptores, neque omnia metiri geometrica subtilitate." — [9]וְנָפְלוּ] quum ו conv. Praet. sit (vid. sup. Fut. יִנּוֹעוּ), recte LXX: πεσοῦνται, quod, ut ne nimis frequentaremus nostrum *werden*, ab hujus loci natura alienissimum, semel nostro *und alsobald* reddi posse consentaneum videbatur. Caeterum eatenus quoque optime se habet illa imago, quod et latine *cadere* arces dicuntur et nobis *die Festungen fallen*. — [10]עַל־פִּי] ut LXX εἰς στόμα, ita Luth. *in's Maul*, quo rectius Maur. „*auf's Maul: deorsum in os*"; unde etiam nos *auf . . ab.* Isto *Maul* autem *apertum* os et velut *inhians* escae depingi apparet. — [11]אוֹכֵל] Lutherum, qui: *dem, der sie essen will,* ad verbum ita secutus est Maur.: „ei qui eas vult comedere." Sed non tam qui velit, sed qui soleat comedere intelligitur (idemque ille, nisi fallimur, qui antea arbores *sibi* concusserat); unde Particip. fere Substantivi sententiam *(Esser)* nactum esse censeatur. LXX: ἔσθοντος. Denique sensus versus: *facillime* cadent munimenta tua, ut quibus *potietur* vel *leviter* eorum *studiosus*.

13. Quin in arcibus infirmis *effeminati milites!* Conf. ab initio vs. 12. — [1]הִנֵּה] vid. II, 1 *a*. *An* habito ad terminationem ה— respectu adspergi licuit (coll. sup. II, 12 *a*). — [2]עַמֵּךְ] Recte LXX: ὁ λαός σου, quod v. item de *militaribus* copiis maxime apud Hesiodum est et Hom. (v. c. Il. VII, 434); item inf. vs. 18 *c*. Vid. Luth. II, 4 *b*, qui et ipse h. l. *dein Volk*, idque eodem sensu quo *Kriegs-* s. *Heeresvolk*, ut supra a nobis scribi potuerit. — [3]בְּקִרְבֵּךְ] Brevius LXX: ἐν σοι, et Luth.: *in dir;* quum uberior sensus hic sit: qui in finibus terrae (vid. inf.), qui in muris urbis stare debebant, muliebri modo (vid. inf. נָשִׁים) *media in urbe* se congregant. Unde minus probabilia haec Maureri: „in *terra* tua, o Nineve! Neque enim de sola Nineve, sed de universa Assyria cogitandum esse indicio sunt quae subjiciuntur." Potius gradatio in h. vs. inest ab urbe ad terram universam; quare etiam inf. non שְׁעָרַיִךְ legitur, sed שַׁעֲרֵי אַרְצֵךְ. — [4]Quod verbum subst., ut ab hebrr., ita a LXX abest, qui potius ὡς (vid. inf.); contra copiosius Luth.: *soll werden zu...* — [5]נָשִׁים] Qua sententia *muliebris* s. *effeminatus* militum *animus* dicatur, docere non attinet. Conf. Jes. XIX, 16. Jer. L, 37. LI, 30. LXX: ὡς γυναῖκες; Luth.: *zu Weibern*. — [6]לְאֹיְבַיִךְ] i. e. *e regione* (לְ) *hostium tuorum*, quibus scilicet *adversi* esse debebant ut *aggressuri* (conf. לְ); in quo etiam ἀντίθεσις superioris בְּקִרְבֵּךְ. אֹיֵב autem, quum (coll. II *d*) ex אָיַב (i. e. animo odisse et re insectari) sit, nostro illo *Treiber* (pro *Verfolger*) reddi posse visum est. Caeterum haec cum Masorethis, quorum distributionem membrorum etiam in altero ἡμιστίχῳ secuti sumus, ad priorem ἡμίστιχον adjunximus, maxime quod, ut recte Hitzigius vidit, ad sequentia relata locum incommodum haberent. Contra LXX: τοῖς ἐχθροῖς σου ἀνοιγόμεναι κ. τ. λ.; itemque Luth.: *sollen deinen Feinden geöffnet werden*. — [7]פָּתוֹחַ נִפְתְּחוּ] de quo duplicato duplicati verbi sensu conf. sup. I, 3 *b*. LXX:

14. *Belagrungswasser*[1] *dir*[2] *schöpf' ein*[3]!
Bau' aus[4] *die Vesten dein*[5]!
Ein[6] *in dem Mörtel*[7] *geh'*[6],
Und knet'[8] *im Lehmkitte*[9]!
Die Ziegelei[10] *ausbessere*[11]!

ἀνοιγόμεναι ἀνοιχθήσονται; contra simpliciter Luth.: *und sollen geöffnet werden.* Caeterum certe Niphal etiam a Maur. recte redditur: „aperient *se*". — [8] שַׁעֲרֵי אַרְצֵךְ] LXX: πύλαι τῆς γῆς σου; Luth.: *die Thore deines Landes*, quem Genitivum nostrum *von* item describit ut sup. vs. 3 *cd.* *Portas* autem *terrae* bene N. G. Schroeder. „de *angustiis* s. *faucibus* intellexit, quibus per medios montes *aditus* in regionem [i. e. h. l. in *terram Assyriae* neque tantum in *agrum urbis* Nineves] claudatur aut aperiatur", iisque, ut addidit Maur., *munitis*: conf. inf. בְּרִיחָיִךְ, sup. vs. 12 מִבְצָרִים; Jer. XV, 7. — [9] אָכְלָה] Luth.: *und soll verzehren;* LXX (quasi וְאָכְלָה legissent) καταφάγεται; conf. inf. vs. 15 *a.* — [10] בְּרִיחָיִךְ] *repagula tua* (conf. Deut. III,5. Neh. III, 3 seqq.). Nobiscum Luth.; LXX: τοὺς μοχλούς σου. Caeterum optime convenire patet v. cum sup. שַׁעֲרֵי. — [11] אֵשׁ] *incendium;* LXX πῦρ; cum Artic. (*das Feuer*) Luth.

14. Quodsi propius instabit et urgebit ipsam *urbem* Nineven hostis, Assyriae terrae fines transgressus (vs. 13), item *irrita* erunt *defensionis* studia. „Itaque para, inquit Maur., quae debet parare urbs claudenda obsidione"! Quae adhortatio item εἰρωνική est ac sup. II, 2 *cde.* — [1] מֵי מָצוֹר] LXX: ὕδωρ περιοχῆς i. e. *aquam* necessariam ad sustinendam *oppugnationem* (*Wasser für die, während der Belagerung*); libere Luth.: *Wasser, denn du wirst belagert werden.* מָצוֹר vero proprie quivis compressus est, deinde castellorum obsidio: vid. Ez. IV, 7. V, 2; coll. sup. II, 2 *b.* (LXX sup. περιοχῆς.) — [2] לָךְ] LXX, quamvis inf. *Medii* forma ἐπίσπασαι, tamen addiderunt σεαυτῇ i. e. *tuum in usum.* Luth. nobiscum. — [3] שַׁאֲבִי־] quocum nostri v. *schöpfen* (ut etiam Luth.) soni conveniunt. LXX (vid. sup.): ἐπίσπασαι i. e. attrahe tibi (e puteo), „ne, ut Maur. explicat, si prohibearis ab obsidentibus fonte, desit potus". — [4] חַזְּקִי] *Architectorum* (quo inf. ejusdem v. Hiph.) sensu: *stell' her*, s. *setz' in den Stand*, s. *bessr' aus* (vid. inf.; simpliciter Luth.: *bessere*); neque non habita principalis significationis (i. e. *firmandi*) ratione (quasi: *Verstärke die Festungen dein*), ut apud LXX: κατακράτησον τῶν κ. τ. λ. — [5] מִבְצָרָיִךְ] vid. sup. vs. 12 *a*; item LXX: τῶν ὀχυρωμάτων σου; Luth. ut nos. Illa vero jam *ipsius urbis* Nineves *munimenta* esse evincunt quae antecessere (vid. vs. 12). — [6] בֹּאִי] Quam *ingrediendi* sententiam primam verbi esse constat; item LXX: ἔμβηθι, et Luth.: *geh' in; subigendi* (coll. inf. רִמְסִי) vero sensus, qui apud Maur., secundarius est. — [7] בַטִּיט] *in argilla* (conf. Jes. XLI, 25); contra εἰς πηλόν LXX, ut Luth.: *in den Thon;* at etiam quae *intra* lutum sint significari, tum Praepositionis (ב) tum rei natura docet. Eodem illo Jes. (XLI,25) loco legitur v. — [8] וְרִמְסִי] *et conculca;* LXX: καὶ συμπατήθητι; Luth.: *und tritt.* Ut vero verba παραλλήλου significationis item in ὁμοιοτελεύτου loco i. e. in fine membrorum sint (coll. Praefat.), h. l. fortasse sic quoque scribi licuerit: *Und in dem Thone einknete!* vel etiam: *u. i. d. Lehme steh!* — [9] בַּחֹמֶר] de *compingendi materia*,

15. ***Es wird da*** [1] ***Feuer*** [2] ***dich verzehren*** [2],
Dich Schwerdt [3] ***verheeren*** [3] :
Dich wie der Käfer [4] ***wird's*** [5] ***verzehren*** [5].

Gleichwie der Käfer [6] ***dich vermehre*** [7]!
Gleichwie die Zugheuschrecke [8] ***dich erschwere*** [9]!

---

ut Gen. XI, 3. De ב vid. sup.; libere Luth.: *den Leimen.* Quin ἐν ἀχύροις LXX, i. e. *in palea*, ut quam conficiendis lateribus adhibere solent. — [10] מַלְבֵּן] i. e. proprie *locum* (vid. sup. v. c. I, 7 *a*), in quo לְבֵנִים i. e. *albi* lateres coquuntur *(Ziegelei* s. *Ziegelbrennerei)*, s. (ex Maureri interpretatione) „fornacem laterariam", eamque „ad coquendos [ista ex argilla] lateres, quibus rupturas murorum claudas vel novos muros exstruas". LXX: ὑπὲρ πλίνθον, i. e. latere firmiorem (quasi legissent מִלְּבֵנָה); similiter Luth., vid. inf. — [11] הַחֲזִיקִי] fere eodem sensu, quo sup. Piel (conf. Neh. V, 16. Ez. XXVII, 9. 27); itemque LXX: κατακράτησον (unde etiam *befestige* reddere potuissemus). Neque male Luth.: *und mache* s t a r k e *Ziegel* (vid. sup. LXX). — Caeterum si *ter bina* versus membra legere malis, alterum ἡμιστίχιον (conf. ו in וְרִמְסִי et ἀσύνδετον הַחֲזִיקִי) ita distribuendum: *Ein in den Mörtel tritt' Und ein knet' in den Kitt! Bessr' aus* (vel *Bau' aus) Das Ziegelhaus!* (vel etiam: *Bereite du Den Ziegelofen zu!)*

15. At *vani* erunt labores! Luth.: *Aber.* — [1] שָׁם] LXX: ἐκεῖ, i. e. in ipsis refectis propugnaculis tuis (vs. 14), vel in ipsa eorum instauratione: ergo de *loco (dort)*; contra de tempore *(dann)*, quo languet oratio, v. c. Maur., qui: „*tum*, quum venerit, obsidione te clauserit hostis"; nostrum vero *da* de utroque esse potest. Apud Luth. v. omittitur. — [2] תֹּאכְלֵךְ אֵשׁ] *te*, urbem, *comedet*: vid. vs. 13 *d*. Recte LXX: καταφάγεταί σε πῦρ; Luth.: *das Feuer wird dich fressen.* — [3] תַּכְרִיתֵךְ חֶרֶב] Conf. sup. v. c. I, 14 *c*.; item LXX: ἐξολοθρεύσει σε ῥομφαία; Luth.: *und das Schwerdt dich tödten.* Haud male Maur., qui sup. תֹּאכְלֵךְ ad *aedificia* urbis retulit, h. l.: „delebit te, tuos *incolas*". — [4] כַּיָּלֶק] ex ὀνοματοποιητικῷ לָקַק, quocum concinit germ. *lecken* et lat. (lambere et magis) *lingere;* unde h. l. Maur.: „ut linctor (?), attelabus, locustae species, coll. Joël. I, 4"; neque *ut attelabum.* LXX: ὡς ἀκρίς; nos cum Luth.: *(wie die) Käfer.* Ejus vero duplex (adeoque triplex, vid. inf. vss. 16. 17) similitudo (כ), quarum altera alteram excitavit, tum in *voracitate* posita, ut h. l., qualis *ignis gladii*que sit, tum in *multitudine*, de qua vid. in seqq., qualis Ninevitarum. — [5] תֹּאכְלֵךְ] LXX: καταφάγεταί σε. Quum Subj. non addatur, solus neque ignis neque gladius (coll. sup. II, 14 *d*), sed *utrumque* cogitatur; vel potius, ut ingeniose apud Luth.: *es* (nos *'s*; itemque inf.) *wird dich abfressen:* coll. quod jam sup. *fressen* de gladio dixit, *abfressen* vero in locustarum imaginem quadrat. Caeterum vid. quae Hieron. in hoc explicando l. sic prodidit: „Attelabus, quem significantius *comesorem* interpretatus est Aquila, parva locusta est inter locustam et bruchum, et modicis pennis reptans potius quam volans semperque subsiliens; et ob hanc causam, *ubicunque orta fuerit, usque ad pulverem cuncta consumit*, quia, *donec crescant pennae, abire non potest*". (Conf. inf. vss. 16. 17.) — [6] כַּיֶּלֶק] vid. sup.; Luth.: *wie Käfer;* LXX vid. inf. Haec vero jam de altera, qua

16. *Viel*[1] *hast gemacht*[1] *du deiner Handelnden*[2] *nach Fernen*[2],
***Voraus*[3] *des Himmels Sternen*[3].**

Nineve cum locustis conveniat, parte praedicantur, i. e. de innumerabili copia, quae ipsa significatur verbo — [7] הִתְכַּבֵּד], quod in *Kal gravem esse* (LXX: βαρύνθήσῃ: vid. inf. *e*), in *Hithp.*, ut h. l., *se multiplicare* significat (coll. sup. v. c. II, 10 *d*. III, 3 *d*). Unde, quum eadem εἰρωνεία hujus sit loci quae sup. vs. 15., ex solutae orationis sensu recte Maur.: „numerosus esto *modo!* i. e. *etiamsi* sis numerosus ut attelabus! coll. de immensis eorum agminibus Joël. I, 6“. Quum autem idem addiderit, „formam *masculinam* populum, femininam [vid. inf.] urbem respicere“, parum salse scripsit aut Propheta aut interpretis divini interpres. Potius, quemadmodum v. c. *Latinorum* Pronomina (*hic*, *qui* caet.) ad *sequens* nomen aptantur, item h. l. *verbi* genus sequenti imagini respondet, quae (כַּיֶּלֶק, vid. sup.) virili sexu, item ut in germanico, proponitur. Inde primum הִתְכַּבֵּד. Quod vero sequitur fem. הִתְכַּבְּדִי, quamvis אַרְבֶּה item masculini sit generis, Propheta ad designandam Nineves *urbem feminino* in sexu tantummodo persistit (conf. seqq.). Caeterum Luth. in הִתְכַּבֵּד non Imperativum modum, sed Praeteritum tempus agnovisse itemque vel clariorem formam הִתְכַּבַּדְתְּ accepisse videtur, ut qui utroque loco: *es* (vid. sup.) *wird dich überfallen.* — [8] כָּאַרְבֶּה] (ex multitudine, conf. רָבָה) quam locustarum speciem physici „gryllum gregarium“ nominant; unde nos *Zugheuschrecke* (Luth. simpliciter et collect.: *wie Heuschrecken;* qua in explicatione ille sibi constitit, coll. Lev. XI, 22). Contra LXX, quum v. התכבד de locustae similitudine *bis* legatur, unum horum dictorum et id quidem praetermiserunt, quod ultimo est loco, siquidem scripserunt: ὡς βροῦχος, quo eodem vocabulo vs. 16 item quidem יֶלֶק, neque vs. 17 אַרְבֶּה reddiderunt. Caeterum de utroque illo locustarum nomine conf. Maur. inf. vs. 16. — [9] הִתְכַּבְּדִי] de forma vid. sup.; nos varietatis (vid. Praefat.) causa itemque originis verbi (vid. it. sup.) memores cum LXX (vid. sup. καὶ βαρυνθήσῃ) h. l.: *dich erschwere*, idque eodem cum sensu. Add. Hieron. h. l.: „quum multiplicata fueris ut bruchus et ut locusta *in unum pariter congregata*“ caet. De Lutheri interpretatione sup. diximus. Denique totius loci sensus est: *peribis* ut *a locustis voracibus*, quamvis *copiosa* instar *locustarum innumerabilium* (conf. inf. vs. 16 הִרְבֵּית). — Caeterum alterius quidem ἡμιστίχου sic quoque referendi copiam facimus: *Gleichwie der Käfer dich erstrecke* (vel *breit dich strecke*, coll. inf. vs. 16)*! Dehn' aus dich* (vel: *Dich mehre*) *wie die Zugheuschrecke!* Vel: *Dich strecke wie der Käfer weit! Dich dehne wie die Zugheuschrecke breit!* Vel etiam: *Dich wie der Käfer mache reich! Dich mehre der Heuschrecke gleich!*

16. Neque solum incolae cum *locustis* conferri possunt, sed etiam, qui item *praesidii* loco fuerunt, *institores* (vs. 16) et optimates (vs. 17). — [1] הִרְבֵּית] *multiplicasti* (ἐπλήθυνας LXX), s., hebraea quin poëtica ex oratione, *multi sunt* adeoque, quum מִן Comparat. Gradus (vid. sup. vs. 8 *a*) sequatur, *plures* caet.; unde recte Luth.: *du hast mehr.* Nos vero *hebraeum* illum Comparationis Gradum sic *germanico* quoque lectori *vernaculis* dictis (vid. inf. מִן) proponere voluimus; contra solam nostrae linguae naturam politiorem referret:

Der Käfer[4] *breit*[5] *sich zog*[5]
Und flog[6].

Gemacht hast deiner Handelnden du mehr, *Alswie des Himmels Sternenheer:* ubi, quod adspersimus *Heer*, ejus notio quum saepissime SS. in LL ad *stellarum* multitudinem adjuncta est (coll. v. c. Jer. XXXIII, 22: אֲשֶׁר לֹא־יִסָּפֵר צְבָא הַשָּׁמַיִם), tum hujus loci imaginem eximie adjuvare et explicare videtur, ut *immensae* copiae significationem. — [2] רֹכְלַיִךְ] Quum רָכַל (cum רָגַל) ex רֶגֶל (*pede*) sit indeque proprie *circumire*, maxime mercaturae faciendae causa, (*reisen, hausiren*) significet, רֹכֵל breviter de institore s. mercatore (Luth. *Händler*) explicant. Ita autem supra etiam *Reisenden* scribi potuit; qui *late longeque peregrinandi* sensus ne periret, addidimus *nach Fernen:* id quod ipsum e consilio Prophetae (vid. sup.) esse videtur. Eodem, nisi fallimur, abstracta, quae apud LXX est, sententia tendit: τὰς ἐμπορίας σου. — [3] מִכּוֹכְבֵי הַשָּׁמַיִם] De v. מִן (coll. *vorweg*) vid. sup. et I, 5. LXX: ὑπὲρ (conf. sup. vs. 14 *e*) τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ; liberius Luth.: *(mehr) denn Sterne am Himmel sind. Superari* autem stellarum numerum Ninevitarum mercatorum frequentia poëticae, non propheticae dictionis est. — [4] יֶלֶק] vid. sup. vs. 15 *cd.*; item βροῦχος LXX; Luth. vid. inf. — [5] פָּשַׁט] (conf. פּוּשׁ vs. 18), cujus utraque i. e. et (cum Fut. *O*) *extrahendi* et (cum Fut. *A*) se *extendendi* sententia unico nostro *ausziehen* continetur. Quum vero h. l. verbum de *extensis ad volandum alis* agminibusve intelligamus, perspicuitatis gratia similiter ac Luth. (*werden sich ausbreiten*) scripsimus: *breit sich zog*. LXX: ὥρμησε καὶ ἐξεπετάσθη, quae vv inverso ordine (etiam pro וַיָּעֹף) accipere mallemus, nisi sequeretur ἐξήλατο. Contra neglecta ista, qua Orientis oratio ante oculos ponitur, pictura, Maur.: „exuit vestem, *alarum involucrum*“, s. „abjectis alarum involucris“; qui idem ad Joël. I, 4 causam ita dixit: „Videntur quatuor illae locustarum species [vid. inf.] referendae esse ad *varias*, quas locustae statis temporibus papilionum instar induunt, *formas*. Vere enim ex ovis erumpunt bruchi, formam quidem habentes locustae, sed nondum alati. (Plin. H. N. XI, 29: exitu veris emittunt parvas, nigrantes et sine cruribus pennisque reptantes.) Postea quater cutem exuunt locustae. Post tertias exuvias alatae quidem fiunt, sed sunt *alae obductae involucro*, ut fortius exsilire, alare vero nondum possint, quae locustae Latinis dicuntur attelabi. (Vid. Hieron. vs. sup. 15., inf. 17.) Tandem *abjecto involucro libere utuntur alis*. Has igitur formas respicere putamus quatuor illa nomina, ita quidem, ut גָּזָם significet *bruchum*, אַרְבֶּה locustam *inter primas exuvias*, יֶלֶק *attelabum*, חָסִיל *locustam perfectam*“ caet. Qua argumentatione quamvis doctrinae et sagacitatis plena non tamen quod voluit neque quidquam nisi hoc demonstravit M., fortasse posse hunc Nahumi locum de exuto alarum involucro indeque supra ita explicari: *Aus (sich der) Käfer zog*. At longe gravissimum est, quod locustae, quae jam evolant, inf. vs. 17 *c*. antea non ex ovis exclusae esse sed *propter frigus in maceria subsedisse* dicuntur. Neque mutat rem, quod nunc יֶלֶק, deinde גּוֹב legitur (cujus ἔινμον eidem Maur. *prorepere* significat), siquidem poëticum neque physicum librum manu tenemus. — [6] וַיָּעֹף] *Et evolavit*: unde supra etiam *Und auf er flog* legi licet. Item Luth.: *und davonfliegen*, et LXX: ἐξήλατο, quod autem v. ad seq. (17.) vs. retulerunt. Caeterum inde ab hoc loco tertiam (coll. sup.) ad locustarum comparationem ita accedere similitudinem

17. *Die Fürsten*[1] *dein*[1] *sind wie die Zugheuschrecke*[2],
Und die Statthalter[3] *dein*[1] *wie Grillenheck'*[4] *auf Hecke*[4],

---

videmus: quamvis *multiplicati* locustarum instar, tamen locustarum mox avolantium instar etiam *dissipantur* (et pereunt). Cujus *oppositionis* significatio ab hebraeis poëtice deest, additur vero a LUTH.: *Aber nun* caet., qui idem item minus poëtice imaginem sic explicuit: *werden sie* (i. e. institores) *sich ausbreiten, wie Käfer, und davonfliegen* (etiam institores?); similiter MAUR.: „dispergentur, aufugient isti mercatores, quemadmodum" caet. (coll. sup. II, 9).

17. Item (coll. vs. 16.) *optimates,* quamvis frequentes ut locustae, ut locustae mox dispulsi erunt. — [1]מִנְּזָרַיִךְ] Plerique ut GESEN.: „cum Dagesch euph. *principes*, id. q. נְזִירִים". Aequaliter MAUR., praeterquam quod initium vocabuli ex מִן hoc sensu duxit: „*de* principibus tuis i. e. principum tuorum tam multi s. tot sunt, quot locustae. Eadem Praepositio cogitando repeti potest ante טַפְסְרַיִךְ", vid. inf. Quae quum duriora et contorta esse sentiantur, נָזִיר vero ex v. נזר (i. e. *separari)* cum *eximii*, vel *insignis nobilis*que sententia pendeat, potius מִן eodem praepositum esse putamus modo, quo nos vv. *ausgezeichnet* sive *vornehm* (vel etiam illud *Fürst* quod pro *Vorderst* est) formavimus; add. quod נֵזֶר tum sacram regiamve unctionem, tum caput sacrum, tum sacram itemque regiam vittam significat. Caeterum in eodem illo v. etiam proprie *persicum assyriacumve dignitatis* nomen idque *assyriis* rebus inprimis consentaneum maximeque cum sequentis טַפְסַר παραλληλίᾳ deprehendi liceat, cujus vero significationem ex tenebris suis nondum eruerunt. LUTH.: *deiner Herren;* apud LXX v. desideratur, nam ἐξήλατο ad 16. vs. (וַיָּעֹף) pertinere sup. vidimus. Denique de Suffixo Pron. *dein* conf. sup. II, 1 *d*; III, 14 *b*. — [2]כָּאַרְבֶּה] ὡς ἀττέλαβος LXX. Tertium, quod ajunt, comparationis, praeter *frequentiam* (LUTH.: *ist so Viel als der Heuschrecken)*, subito in *abitu interitu*que positum est (vid. inf.). — [3]טַפְסְרַיִךְ] Connivent, qui in v. non *Satrapae persicum* (coll. sup. v. מִנְּזָרַיִךְ) illud nomen (cum utroque MICHAEL. all.) agnoscunt (cujus aliae in SS. LL. formae sunt טִפְסַר Jer. LI, 27. et שַׁדְרְפָּן coll. Esth. III, 12 caet.), qui potius ad zendica confugiunt. Quamvis contra in hebraeis constiterit, memorabilior tamen quam probabilior MAURERI est explicatio, qui: „Hujus vocis, inquit, quam in compositionis ratione hybridam putamus, posteriorem partem cum GESENIO idem valere judicamus quod semiticum שַׂר [i. e. *principem,* quod etiam in nominibus *babylonicis* satis frequens sit, coll. Belsa*zar*, Nebucadne*zar*, Nabopolas*sar* caet.], priorem vero nobis maxime probabile videtur referendam esse ad תָּפַף, nostr. *trappen*, h. l. de *militum gressibus numerosis,* de militibus ad certos numeros pedibus iter facientibus dictum, ita ut טפסר propr. sit *itineris militaris dux*, qui significatus tam ad h. l. quam ad alterum illum Jer. LI, 27 est aptissimus." Simili, at ambigua cum sententia LUTH.: *deine Hauptleute;* obscure LXX: ὁ συμμικτός σου. Denique pro *Statthalter* fortasse etiam proponi potuerit *Landgrafen* (vel *Landvögte*). — [4]כְּגוֹב גּוֹבָי] Originem verborum MAUR. (vid. sup.) a prorependo, CREDNER. a corrependo s. (coll.

Die[5] in[6] den Zäunen[6] sich[5] am Frosttag'[7] eingelegt[5]:
Die Sonne[8] blitzt[8], und fort es sich bewegt[9].

גֹּבַי, גֹּב caet.) ab *efferendo* repetivit, quoniam frigore compulsae (coll. inf. *c.*) locustae se congregent (vid. inf. de nostro *Hecke*). Alterius autem vocis גּוֹבָי recte docent *Singularis* Num. (vid. Am. VII, 1; pro גּוֹבָה, coll. שָׂדַי) formam esse. Quae vero frequentissimam multitudinem et velut *agmen agmini injectum* (coll. inf. Plur. Num. הַחוֹנִים et אַיֵּם) depingit, repetitam eandem vocem nos imitati sumus additis verbis *Heck' auf Hecke* (vel *Heckenhecke)*, quod v. de coacervatis ejusmodi animalibus saepe et eodem quidem sensu est, quo e. c. *Schwarm* caet.; unde h. l. etiam ita explicari possit: *D. F. d. s. wie der Nager* (i. e. יֶלֶק, de quo v. vid. sup. vss. 15. 16), *U. d. St. d. wie Grillen-Lager-Lager;* vel praeteriti quoque temporis habita ratione: *D. F. d. gleichwie die Zugheuschrecke waren, U. d. St. d. wie Grillen-Schaar auf Schaaren.* Pro ambabus vocibus una est apud LXX: ἡ ἀκρίς (vid. vs. 15 *c*) et Luth.: *(so Viel als) der Käfer* (vid. ibid. et vs. 16 *c*). Nos contra, ut cum Propheta variaremus vocabula, h. l. (coll. lat. *grylli* nomine) *Grille* exhibuimus. — [5]הַחוֹנִים] verbi *sensus* est *inclinatum subsidere (sich niederlegen,* vel ut Luth.: [*die*] *sich lagern), Numerus* Plur. ex coll. quin duplicato גּוֹב pendet, coll. inf. מְקוֹמוֹ; contra LXX: ἐπιβεβηκυῖα; nos de industria ambigue: *die sich eingelegt.* — [6]בַּגְּדֵרוֹת] *in septis*, quae vel *muralia* vel *pastoritia (Hürden)* sunt, vel, ut h. l., *viva (Hecken- s. Hagzäune);* Maur.: „in maceriis vinearum et hortorum", *intra* (i. e. בְּ, pro quo nos: *in . . . ein-*) quas locustarum examina considunt ut vim frigorum (vid. inf.) pulsura itemque sua ipsarum frequentia pondereque se imprimentia. Contra ἐπὶ φραγμὸν LXX, et Luth.: *an die Zäune.* — [7]בְּיוֹם קָרָה] ἐν ἡμέρᾳ πάγους LXX; contra „*tempore* [coll. sup. 1, 7 *a*] *frigoris, ante solis ortum, per noctem*" Maur. At ita *dies pro nocte* diceretur et ipsa sibi lingua illuderet! (Vid. inf.) Luth.: *in den kalten Tagen.* — [8]שֶׁמֶשׁ זָרְחָה] *Sol exsplendescit.* Verbum (זרח), nisi perpetuo de matutino ortu solis diceretur, h. l. etiam de sole vel *ex nubibus* vel (coll. sup. vs. 16. et Luth.: *in den kalten Tagen)* verno cum calore *post hyemem* apparente intelligeremus, siquidem בְּיוֹם neque בְּלֵיל legimus; sed potius diem illum frigidum inter et calidiorem solis ortum nox interesse cogitanda (conf. inf. vs. 18 *ab*). Vid. Plin. H. N. II, 29: „nec volare eas [locustas] *noctibus* propter frigora". „Natura enim, inquit Hieron., haec locustarum est, ut, in frigore torpentes, per calorem volitent". Pariter poëtice, ut in hebraeo est, LXX: ὁ ἥλιος ἀνέτειλε, καὶ . . .; minus Luth.: *wenn aber die Sonne aufgeht.* — [9]וְנוֹדַד] (Masor. ut *morae* locum proderent: וְנוֹדַד). Verbi, de quo conf. sup. vs. 7 *a*, *Poal* forma *se amovere* significat, id quod nobiscum retulere Luth.: *heben sie sich davon;* et LXX: καὶ ἀφήλατο. Sed quum Kal etiam *aufugere* sit, non falso Maur.: „*pass.*: et aufugitur, avolatur". Quodsi sic item, ac nos fecimus, *impersonali* forma (coll. sup. vs. 15 *c*) verbum intelligatur necesse est, ex priore sententia (pro *es*) etiam *sie* (i. e. גּוֹב, coll. inf. מְקוֹמוֹ) explicari liceat; contra in *es* non tam singulas locustas, quam potius *inconditi* horrendique aliquid moveri et avolare cernas. Totius

Und nicht[10] *wird*[10] *ihre*[11] *Stätt'*[11] *erfahren*[10],
Allwo sie waren[12].

18\. *Es schlafen*[1], *Assur's*[2] *König*[2], *deine Hirten*[3] *ein*[1],
Gelagert[4] *werden*[4] *deine Edlen*[5] *seyn*[4];

---

vero loci sensus hic est: quam frigus coëgit, locustarum frequentiam calor ignota in loca dispellit; *item* Nineves proceres quamvis jam frequentissimi mox civitate eversa expellentur (vid. seqq.); vel, ut Hieron. ait: „sicut locustae et bruchus et parva genimina locustarum, quae vocantur attelabi, sole incalescente avolant nec reperiuntur, sic tu dispergeris et fugies.“ Caeterum in imagine sic ad Nineven aptanda non urgendas esse frigoris et caloris notiones, quas alioquin inverso ordine exspectaveris, rei natura docet. Contra vid. inf. vs. 18 *ab*. — [10] וְלֹא־נוֹדַע] Libere Luth.: *dass man nicht weiss;* liberius LXX: *καὶ οὐκ ἔγνω* (ἡ ἀκρίς?), quo conf. Ps. CIII, 16: וְאֵינֶנּוּ וְלֹא יַכִּירֶנּוּ עוֹד מְקוֹמוֹ: quorum ultimum verbum item h. l. legimus, — [11] מְקוֹמוֹ] (*τὸν τόπον αὐτῆς* LXX) i. e. *locum* grylli (גּוֹב), eumque aut *pristinum* aut *praesentem* (vid. inf.); Luth. *(wo)* hoc vocabulum conjunxit cum sequente — [12] אַיָּם], in quo simul subst. verbum inesse constat; unde sensus h. l.: *ubi illi* (i. e. grylli) *fuerint*, quo *παραλληλα* hujus dicti et superioris מְקוֹמוֹ facillime agnoscitur. Sin sub voce similiter ac sup. II, 12 *a*., ubi אַיֵּה, *se convertendi* sententiam subjicere, ideoque locum, non *in quo antea fuerint*, sed *in quem jam abierint* (coll. inf. vs. 18 *cd*) intelligere malis, interpretare: *Und nicht wird ihre Stätt' erkannt, Wo sie sich hingewandt*. Ambigue Luth.: *wo sie bleiben*. Quum vero *παράλληλα* esse viderimus מְקוֹמוֹ et אַיָּם, vix directa in hoc membro interrogatio ita deprehendetur: *Wo haben sie sich hingewandt?* vel ambigue ita: *U. ihre Stätt' erkannt wird nie, Wo waren sie*. Caeterum illustranda in imagine loco ubi *adhuc fuerint* Nineves *eversionem*, loco ubi *nunc sint* Ninevitarum *dissipationem* (vid. vs. 18 l. l.) significari apparet. Longe aliter LXX, qui: *οὐαὶ αὐτοῖς*. Quid legerunt? אוֹיָם (coll. sup. vs. 1) i. e. אוֹי לָהֶם.

18\. In subjungenda imaginis (vs. 17) explicatione, gradatio, quae a mercatoribus (vs. 16) ad proceres (vs. 17) indeque ad ipsum Regem penetravit, absolvitur. Ad hunc igitur (מֶלֶךְ אַשּׁוּר) *ἀποστροφή*, quae adhuc Urbis fuit, dirigitur, eaque *virili*, quemadmodum debuit, suae i. e. secundae personae genere (coll. sup. I, 14 seqq.) hinc usque ad finem oraculi continuata, siquidem neque aliud nomen deinceps appellatur, neque in sequentibus inest, quod ad regem non conveniat. Contra *Judam*, quamvis per totum libellum feminino sexu dictam (vid. sup. I, 11 caet.), in mascull. illis Suffixis intellexisse videntur LXX, qui infra: *βασιλεὺς Ἀσσύριος ἐκοίμισε τοὺς δυναστάς σου κ. τ. λ.* — [1] נָמוּ] *Dormitant*, i. e. inertes erunt et *socordes* (coll. vs. 17). *Fut.* tempore Luth.: *werden schlafen*, quod, quum de futuris rebus agatur adeoque Futurum (יִשְׁכְּנוּ) *παράλληλον* sit, sensui loci longe propius est, quam Graecorum (LXX) Aoristus *ἐνύσταξαν*; unde nos *einschlafen* (s. *einschlummern*), quod somnus demum *sequitur*. Haec vero ipsa *cubandi* verba non sine *nocturnae* illius locustarum, quibuscum optimates comparantur, *in septis requietis* aliqua recordatione dicta esse videntur. Caet. vid. inf. Hesselberg. — [2] מֶלֶךְ אַשּׁוּר] LXX vid. sup.; rectius Luth:

Dein Volk[6] *wird*[7] *auf die Berge hin*[8] *zerstreut*[7],
Und Keiner[9] *Sammelung gebeut*[9].

---

o König zu Assur! (Conf. Gen. X, 21.) — [3] רֹעֶיךָ] Nobiscum Luth.; LXX: οἱ ποιμένες σου; quam *pastorum* similitudinem, neque tantummodo poëtice ut Homeri ποιμένες λαῶν (vid. inf. עַם), de *ducibus*, militaribus maxime, dictam vid. v. c. Jer. XXIII, 2 seqq. II Sam. V, 2. VII, 7. Mich. VII, 14. V, 4; conf. seq. אַדִּירֶיךָ; add. inf. item pastoritia vv. נָפֹשׁוּ עַל־הֶהָרִים et מְקַבֵּץ. — [4] יִשְׁכְּנוּ] *cubabunt;* similiter Luth.: *werden sich legen* (conf. Deut. XXXIII, 20), idque eodem sensu, quo sup. נָמוּ (coll. Ps LXXVI, 6). Contra cum Hieron. („cunctis principibus *interfectis*, qui resistere poterant adversariis") Hesselb.: „sempiterno consopiti somno"; vid. inf. Eodem sensu pro יִשְׁכְּנוּ LXX יַשְׁכִּין legerunt, unde: ἐκοίμισε *(schläferte ein).* — [5] אַדִּירֶיךָ] vid. sup. II, 6 *a.* Ut LXX: τοὺς δυναστάς σου, Luth.: *deine Mächtigen*, siquidem v. item de *exercitus* praefectis v. c. II Paral. XXIII, 20 legitur; unde etiam *Führer* legas. Memorabilis vero locus Jer. XXV, 34 (seqq.), ut in quo item sibi respondent הָרֹעִים et אַדִּירֵי הַצֹּאן. Conf. inf. — [6] עַמְּךָ] eadem *militarium* copiarum sententia, qua sup. vs. 13 *a;* item Luth. et LXX (ὁ λαός σου). Contra de *„imbelli* et ignobili populo" Hieron., qui interfectis nobilibus hosti resistere non possit (vid. sup.). — [7] נָפֹשׁוּ] Quamvis v. פּוּשׁ (coll. sup. II. 2 *a.* פּוּץ, פָּשָׁה) jam per se *dilatari* et *dispergi* significet (unde Luth. similiter ac nos: *wird zerstreut seyn)*, tamen etiam *Plurali* illa verbi forma dissipatio quasi *singulorum* exercitus (i. e. עַם) militum luculenter ante oculos proponitur: id quod in germanicis imitari non potuimus. Denique (coll. רֹעֶיךָ caet.) recte Maur.: „dispersi erunt more ovium errantium"; contra Hesselberg., quo sibi constaret: *„jacet* dispersus." Obscure LXX: ἀπῆρεν (ὁ λαός σου). — [8] עַל־הֶהָרִים] Vid. sup. II, 1 *a;* item LXX: ἐπὶ τὰ ὄρη; contra Luth.: *auf den Bergen.* Caeterum, quamvis cum sup. רֹעִים conspirent (conf. v. c. Matth. XVIII, 12. Jer. L, 6), tamen vv. h. l. *proprie* intelligantur. — [9] וְאֵין מְקַבֵּץ] de forma dicendi conf. sup. II, (9 *d*) 12 *d*, de verbo קָבַץ II, 11 *d.* H. l. *Piel* et *intendendi* et *causae* sensu, eoque (coll. sup. עַם) de *militum* praefectis *jussa edentibus* accepimus; unde nostrum: *Sammelung gebeut*, pro qua dilatata voce non invitis hebraeis illis maximeque Participio etiam scribi possit: *Und Keiner Sammlung mehr gebeut.* Luth. ut sup.: *und Niemand wird sie versammeln.* Recte etiam Maur.: „neque est qui colligat, qui dispersos recolligat *in agmen*", et prior Hieron.: „et nemo de ducibus inveniri potest, qui congreget eos et de collectis *rursum cogat exercitum.*" Sic vero item etiam pastoritium v. est, ut sup. עַל־הֶהָרִים, רֹעִים caet., quod idem de Deo dispersos suos colligente e. c. Ps. CVII, 3. Jer. XXXI, 10. Contra de *hospitio* negato LXX cogitarunt, qui: καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐκδεχόμενος; quin de sepulchro Hesselberg. (vid. sup.): „neque est qui sepeliat"; contra vere Maur.: „possint sane נוּם et שָׁכַן de somno et quiete mortis intelligi; sed posterius hemistichium in eum sensum trahi nequit, nisi vim inferas verbis."

19. *Nicht*[1] *Kühlung*[2] *giebt's*[1] *für*[4] *dein Gebrecht*[3]; *Dein Schad'*[5] *ist schlecht*[6]. —

Nicht Löschung giebt's für deine Plage; Erschöpft ist deine Niederlage. H.

19. „Conclusio! (idem inquit Maur.) actum est de te!“ Adeoque ne solatii quidem (vid. vs. 11 *d*) in clade solatium, potiusque gratulationes! — [1] ־אֵין] vid. vs. 18 *d*., ubi Luth.: *Niemand wird* caet. vid. inf.; melius h. l. LXX: οὐκ ἔστιν. — [2] כֵּהָה] (ut ex כָּהָה *exstingui*) *exstinctio* i. e. transl. *deminutio* s. *mitigatio*: unde supra etiam *Mild'rung* s. *Lind'rung* dici potuit; LXX: ἴασις, ut cui *aestus* (*Entzündung*) *vulneris* opponitur, coll. (Sir. XXI, 3) inf. ἐφλέγμανεν; contra principalis illa vocis significatio nostro *Kühlung* (quasi *Balsam*) elucet. Libere Luth.: *wird trauern*. — [3] לְשִׁבְרֶךָ] (ְ propter moram, ut inf. in v. מַכָּתֶךָ.) Quum v. ex שָׁבַר *frangere* sit indeque de *fracto membro* (Lev. XXI, 19) adeoque *animo* (Ps. LX, 4. Jes. LXV, 14), denique de *vulnere* (coll. שֶׁבֶר Lev. XXIV, 20) *morbove* quovis dicatur, id germanico antiquiore vocabulo reddidimus, quod simillimae originis est (coll. *Bruch* et *Gebrechen*). Caeterum quum — [4] לְ] ex sup. ־אֵין pendeat, LXX recte: τῇ συντριβῇ σου; quin illud velut Dativum *commodi* refert, unde nos: *für*; contra libere Luth.: *wird um deinen Schaden* (vid. inf.) *trauern*. — Suffixis Pronn. *regem* significari vid. sup. vs. 18. — [5] מַכָּתֶךָ] (de forma conf. sup.) *ictus* (ex נָכָה feriendo), itemque transl. de inflicta *clade*. Optime LXX: ἡ πληγή σου; unde Maur.: „plaga tua“, et Luth.: *deine Plage*, quo v. prius hoc ἡμιστίχιον etiam ita reddi possit: *Nicht giebt es Kühlung deinem Schlage, Ergrämt ist deine Plage*; vel: *Nicht giebt's für dein Gebrecht Gesunden, Ergrämt ist dein Verwunden*; vel etiam: *Nicht giebt es Kühlung deiner Schrunde* (quod v. ὀνοματοποιητικόν medici de contusa contritaque carne usurpant), *Ergrämt ist deine Wunde*. Nostram vero formam (*Schade* neque *Schaden*) de vulnere morboque vid. v. c. apud Lutherum Lev. XXIV, 20 (*Schade um Schade*), Thr. II, 13. Jer. XXX, 12., coll. 15. VIII, 15. XIV, 19. Contra *Schlag* obscurius fuisset. — [6] נַחְלָה] *Partic.*, unde neque *Geworden* vel *Gerathen ist d. Sch. sch.* scribi licuit; ejusque forma fem. aeque efficta est et sup. vs. 11 *b*. Verbi autem חָלָה, quum Kal *debilem* aegrumve *esse* significet, Niph. *sich ergrämen* (coll. Luth.: *noch sich kränken*) vel *sich verschlechtern*, vel *schlecht* s. *böse werden* explicari possit, coll. v. c. Luth. Jer. XXX, 12: *dein Schade ist verzweifelt böse*; vid. ib. XIV, 17. X, 19. LXX (coll. sup.): ἐφλέγμανεν. Tantum igitur abest ut remittatur morbus, ut ingravescat.

— [7] שֹׁמְעֵי שִׁמְעֲךָ] sonorum aequalitatem (coll. Num. XIV, 15) imitati sumus; contra LXX: οἱ ἀκούοντες τὴν ἀγγελίαν σου; clarius Luth.: *sondern die Solches von dir hören*, siquidem *Genit. obj.* est; unde Maur.: „de te clade affecto.“ — [8] כַּף] *volam*, quae h. l. proprie intelligatur; unde fortasse supra scribi potuit: *D. d. K. E. die Hohlhand alle k. ü. d.* Quum autem *manus manum* pulset (vid. inf.), LXX: χεῖρας, et Luth. adeo: *mit ihren Händen*. — [9] כֹּל] *quicunque*; LXX πάντες οἱ, et Luth. *alle die*. — [10] תָּקְעוּ] *feriunt* s. *pulsant*; hebraeam ὀνοματοποιΐαν Luth. v. *klappen* (ut vs. 2 *a*), nos v. hac de re usitatiore *klopfen* expressimus. *Plaudere* vero *manibus*

Die deine[7] *Kund'*[7] *Erkundenden*[7] *die Hand*[8] *all*[9]
klopfen[10] *über dich*[11]:
Denn[12] *über wen*[13] *erging*[14] *nicht*[14] *deine Bosheit*[15]
ewiglich[16]!

---

etiam Hebraeis *laetitiae* signum fuisse vid. v. c. Ps. XLVII, 2. — [11] עָלֶיךָ] item Luth. et LXX: *ἐπί σε*, i. e. vel *super* te quasi *lapsum*, vel potius *de* te perdito. — [12] כִּי] LXX *διότι*. — [13] עַל־מִי] Ita cum Luth. et LXX (*ἐπὶ τίνα*) ad verbum. Angustiore *populorum* sensu parum poëtice Maur. — [14] לֹא־עָבְרָה] Sic itidem verbum pro verbo; item Luth.: *ist nicht gegangen*, et LXX: *οὐκ ἐπῆλθεν*. Maur.: „(quem) non invasit." — [15] רָעָתְךָ] *malitia tua*; LXX: *ἡ κακία σου*; Luth. nobiscum. — [16] תָּמִיד] proprie (per) *perpetuitatem*; indeque velut Adverbium s. *perpetuo* est; LXX: *διαπαντός*; Luth.: *ohne Unterlass*. Ergo *omnes omni tempore* a te sunt lacessiti. Quare *bis binis* membris alterum hoc *ἡμιστίχιον* fortasse etiam sic reddi possit: *Die alle von dir hören sagen* (coll. gr. *ἀκοῇ εἰδέναι*), *Die Hand ob dir zusammenschlagen*; vel deteriore cum *ὁμοιοτελεύτῳ*: *Die alle deine Kund' erkannt, Sie klopfen über dich die Hand: Denn über wen erging nicht deine Schlechtigkeit Jedwederzeit!* — Summa igitur quum versus tum oraculi haec est: de hoc immutabili fato tuo certior factus nemo condolescet, nemo non plaudet.

VARIANDORUM TABELLAE.

Pag. 19. Nott. vs. 4 leg. *et*; — p. 20. N. vs. 5; pp. 30. 45. N. vs. 2; p. 63. vs. 3 *del.* *κόμμα*; *add.* vero p. 20. N. vs. 5; p. 21. vs. 16; p. 65. N. vs. 11; p. 75. N. vs. 39; pp. 75. 76. N. vs. 39; — p. 27. N. vs. 7 add. III, 17 *f: allwo*; — p. 31. vs. 6 l. *voneinnanderr.*; — p. 37. vs. 8: *An den W.*; — p. 43. vs. 5 *schweifen*; — p. 44. vs. 2 *Wetterlichter* [coll. collect. v. *W.-Leuchten*, cujus illa singula sunt lumina]; — p. 45. vs. ult. add.: *vel denique ita: B. w. s. v. i. die Mauer, U. a. w. w. der Schauer* (ut Luth. Job. XXVII, 18 pro סֻכָּה); — p. 49. N. vs. 12 l. *sequatur*; vs. 25. add.: En promta jussorum (vs. 10) obedientia! — p. 50. vs. 2 l: *U. i. all Gesichter ziehn d. Sch. e.* [*coll. Plur. N.* קִבְּצוּ *verbi*]; — p. 52. N. vs. ult. *ἀκουσθῇ*; — p. 57. N. vs. 2 add. *glitzern*; — p. 61. N. vs. 26: *coll. v. c.* נִינְוֵה *i. e. domicilium Nini*; p. 76. N. vs. 11 l. *ἐκοίμισε*. — Alia leviora quaedam, ut interpunctionis hebraeae et latinae itemque arabicorum minusculorum numerorum (pp. 37. 43. 56. 58. 61 seq. 65) aliquot signa, dum cito excudebantur plagulae, vel contusa nonnullis in exemplis vel immutata gnaros rerum lectores non morabuntur.
